



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt Septimvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

CAPVT VII.

Luc. 6. f. 37.
Rom. 2. a. 1.
Marc. 4. c.
24.
Inf. 2. c. 2.
Marc. 11. c.
24.
Luc. 11. b. 9.
Ioan. 14. b.
13.
Iac. 1. a. 6.
Luc. 6. c. 31.
Tob. 4. c.
16.
Luc. 13. c.
24.
Luc. 6. g.
44.
Sup. 3. c. 10.
Inf. 2. f. a. 1.
Act. 19. c. 13.
Psal. 6. c. 9.
Inf. 2. f. d. 41.
Luc. 13. f.
27.
Luc. 6. g.
48.
Rom. 2. c.
13.
Iac. 1. d. 12.
Marc. 1. c.
22.
Luc. 4. c.
32.

NOLITE iudicare, ut non iudicemini. 2. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. & in qua mensura mensi fueritis, remittetur vobis. 3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui? & trabem in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine etiam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? 5. Hypocrita, ecce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. 6. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi d' frumpant vos. 7. Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. 8. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. 9. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus patrem, numquid lapidem porriget ei? 10. Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? 11. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester, qui in celis est, dabit bona petentibus se? 12. Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vo facite illis. Haec est enim lex, & Prophetia. 13. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. 14. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. 15. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 16. a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vinas, aut de tribulis ficus? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. 18. Mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. 21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum caelorum. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc confitebor illis: Quia numquam noui vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem. 24. Omnis ergo, qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram. 25. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. 26. Et omnis qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam. 27. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. 28. Et factum est: cum consummasset Iesus verba haec, admirabantur turbae super doctrina eius. 29. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scriba eorum, & Pharisei.

IN CAPVT SEPTIMUM

ARGVMENTVM.

Variarum
concionum
doctrina in
vno con-
gesta.

SActa concionis aut forte plurium concionum partem continet caput Septimum; Sententia siue *no. 2. d. 2. 4. 5.* & axiomata diuina sapientiae recensentur, de ordine & nexu, et si ab aliquibus certus constituitur, nihil opus est sollicitum esse. Eadem fere sunt partim infra c. 17. partim Luc. 6. Iusserat esse misericordes & perfectos, nunc alienorum vitiorum iudices, & censores esse prohibet; Ad Deum conuerti in omni necessitate imperat; intrare per angustam portam, cauere pseudoprophetas, eos agnoscere. Non fidere sibi, nec vili Dei dono fidere, nisi ex caritate patris voluntatem faciant. Denique a edificare domum supra petram, non arenam; atque haec omnia non vulgari modo, sed eum auctoritate docuit, ut auditores obstupescerent. Ad Syrum textum duo tituli proponuntur. Primus a versu 1. ad 13. Feria tertia Septimana secundae ieiunii. Inde ad finem, Matutinis parasceues Sabbati praecedentis ieiunium. Syriace parasceue dicitur *ܟܪܝܣܬܝܢܐ* Charebetha, quod proprie vespertinum tempus, ac proinde vespertinam orationem, & praeparationem ad Sabbatum significat.

VERSVS I.

Nolite iudicare, ut non iudicemini.

QUESTIO I.

An integer sit versus?

Varietas
exempla-
rium.

S. n. **L**atina exemplaria fere habent additum; Nolite condemnare, & non condemnabimini. De quolibet enim fuit. Erasmus in textum irrepsisse putat;

& credibile est, quia iudicare, pro condemnare accipi solet. Beza in vno exemplari manuscripto legit *no. 2. d. 2. 4. 5.* Maldonatus nimis breuem versum arbitratur, si hoc deleatur. Constat enim nostro textui Lucas Brugenfis, in notis ad Graecum & Latinum testamentum, quia illa verba in octavo codice fuisse refert, ex Luc. 6. 37. adiecta. In notis ad Latinum Testam. Hoc, inquit, Matthaei est; Luc. cap. 3. v. 37. Et non iudicabimini: unde etiam illud huc transfertur latum est a quibusdam: Nolite condemnare, ut non condemnemini, quoniam, ut consimile esset ei quod praecedit, mutatum sit, & non condemnabimini, cum, ut non condemnemini. Non

Non tantum enim Græca & Syra, sed & fide dignissima quæq; Latina manuscripta, cum Sixtina Bibliis, illud hoc loco ignorant; sententibus Tractatoribus veteribus, Hilario, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, & imperfecti operis auctore, ut & recentioribus plerisque omnibus præteritur.

Leue est quod Erasmus nostrum interpretem reprehendit, quasi male dixerit, iudicabimini, id est, iudicabitur de vobis, hoc enim bene in eo refutat Beza. Non enim iudicata duntaxat causa, sed & reus dicitur. Quod si quispiam elegantiarum studiosus refugiat illum loquendi modum, facile nostrum interpretem, Græcismi, & Hebraismi imitatore defendet. Sed nihil opus est. Præcis ita dicere licitum fuit. Gall. l. i. c. i. iudicatus debiti. Liu. l. 6. iudicatus pecuniæ. Cicero l. 2. de orat. Qui iudicatum duci videt.

Hoc etiam observandum Syra exemplaria variare: alia habent, & non iudicabimini, alia, ut non iudicemini, illi legerunt, וְלֹא יִשְׁפָּטוּכֶם vela, hæc autem וְלֹא יִשְׁפָּטוּכֶם dela.

QVÆSTIO II.

Licetne iudicare?

§. 1. **A** Nabaptistarum antesignani, ut gladium, & magistratus, ita quoque omnia iudicia ex Christi male intellecta sententia sustulerunt. Eos multa dicta, factaque refutant, & hoc in primis, quod ipsi sine iudicis officio, et si nomen refugiant, tutius esse non possint. Quin ipsa Christi verba satis id indicant. cum ait, ut non iudicemini; fore enim, ut quod iudicium in alios dixerint, eodem & ipsi damnentur. Quod quidem à Deo fieri solet, sed tamen Christus exemplum è lege civili sumit, non omne igitur iudicii genus prohibetur, sed aliqua, quorum sunt manifestæ iniquitates.

§. 2. Principio quidem interdicitur omnibus hominibus, ne temere de iudiciis diuinis, promissis, & gubernatione vel disceptent, vel iudicium sibi sumant. Nihil enim in illam maiestatem contumeliosius, vel indignius committitur, quam cum homo ab ipso creatus, sui ipsius signatus, in finitæ sapientiæ decreta ad tribunal suum reuocare, & retractare præsumit. Hoc quia frequentissimum est, crebro Paulus, & viri Apostolici reprehendunt. Ambros. 5. de Paradiso. Hilat. can. 5. Augustinus innumeris locis. Nostro quidem tempore, quo & scelera, & scelerum poenæ in immensum creuerunt, iudices diuinorum decretorum sedent Caluinistæ: dum peccati procuratorem esse docent. Thesis 4. Piscatoris Caluiniani est, inter vndecim, quas in parasceue sua recitat Vorstius. Constantanensem est Dei voluntati, quod iniustum est, hoc est, ipsius præcepto contrarium. V. g. Homicidium Iudaorum, & proditio Iudæ.

§. 3. Quanquam hoc iudicium sit grauissimum crimen, non tamen literaliter de illo agi puro. Sed temerarium iudicium prohiberi, quo de proximo male vel suspicamur, vel sentimus, vel etiam pronunciamus. Neque enim prolatio sententiæ duntaxat, & animi definitio; sed curiosa inquisitio, suspicioque damnatur. Videatur Chrysost. hom. 24. Aug. Serm. in monte l. 2. iudicando enim de aliis, legem de se quisque statuit; iustum est enim, ut quod iuris quisque in alterum statuerit, eo quoque ipse vtatur. Qui igitur alicui delicti rigidus censor est, talem quoque in suis peccatis experietur Deum; nec ab eo misericordiam obtinebit, quam ipse fratri suo negandam esse decreuit.

§. 4. De manifestis igitur proximorum peccatis, iudicare licet, & certo statuere de certis; de dubiis dubie secundum rectam rationem. Idque non magistratui modo, sed etiam priuatis. Et magistratui qui

Adami Conzen in Luang. Tom. I.

dem tam Ecclesiastico, quam civili, sua iurisdicção diatelia immota manet. Ita tamen ut animo paterno, & tanquam medicus, sine turbulentis animi affectibus ex æquitate legum iudiciorum sanctitatem colat. Sed maxime in priuatorum iudiciis peccatur, cum odia, inuidiæ, emulationes, superbia, & imprimis Invidia grande vitium, cum de alieno vicio nobis gratulamur, immiscentur. Insignis cautio est, quam nos docet Augustinus, de temp. Dominica 3. post. Trinit. Serm. 11. Audiuimus Euangelistam dicentem: Fratres charissimi, nolite iudicare, ut non iudicemini. Quid est hoc Fratres, cum ipse Dominus in alio loco Euangelij dixerit. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate: & alibi dicatur iudicium verum iudicare: Non enim sibi diuina lectio contraria esse potest, sed intellectum sobrium quatit in conuersatione humana, dilectissimi fratres, sunt aliqua quæ rationabiliter reprehenduntur. Sunt vero quadam, quæ non sine peccato iudicantur. Aperte enim mala, & iudicari, & argui debent. Illa vero quæ ignoramus, & verum bono, & malo animo fiant, scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Verbi gratia: Vides hominem frequentius ieiunantem, congaude, & nolimini laudare: quia potest hoc & pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare, quia potest & pro Deo, & pro anime remedio ieiunare. Vidisti alium iudicio publico ieiunio velle prandere, cum dilectione adnone. Si dixerit pro stomachi assitudine se ieiunare non posse, crede & noli iudicare, quia virumque potest fieri, ut per gulam, vel luxuriam prandere velit, & pro infirmitate ieiunare non possit.

In magnis autem & publicis peccatis, non modo peccatorem iudicari permittit, sed etiam exigit, vtus S. Cypriani auctoritate, quod qui peccantem palpat, fomitem peccati subministrat. Cum enim dedecore & suppliciis vix à peccato homines deterreantur, qualis erit rerum facies, si laudibus eo prouehantur?

VERSUS 2.

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: Et in qua mensura mensi fueritis remeietur vobis.

QVÆSTIO I.

An eodem iudicio iudicandi simus quo iudicamus?

§. 1. **S** Augustino hæc quaestio à Deogratias delegata est, Ep. 49. q. 4. Iam nunc deinde videamus, quale sit quod de mensura peccati atque supplicij proposuit, sic Euangelio calumniatus. Minatur, inquit, Christus sibi non credentibus, æterna supplicia. Et alibi ait: In qua mensura mensi fueritis, remeietur vobis. Satis, inquit, ridicule atque contrarie. Nam si ad mensuram redditurus est poenam, & omnis mensura circumscripta est sine temporis, quid sibi volunt minæ infiniti supplicij?

Eandem proponunt & gentes l. 21. de ciuit. Dei. c. Culpa re. 15. Non conuenire temporario delicto supplicia temporaria æterna. Et in libris quidem de ciuitate Dei. Causam redditur æterna poena sit; quia voluntas sua facta na. sic mensurauit, obstinata in delicto. & in Epistola. Voluntatem plecti, quæ enim iudicat sine misericordia, misericordiam non consequetur. In eadem igitur voluntas mensura, inquit, quamuis non æternorum malefactorum æternis de-terna supplicia remeietur, ut quia æternam voluit haberi licit, peccati persiutionem, æternam vindicta inueniat seu-ritatem.

Quomodo vero non pugnet, cum eadem mensura æternitas poenarum sic exposuit. Non esse necesse ad eandem rem omnino referre. Vt si dicas, quod plantas, hoc decerpes, non arborum sed pomum. Er: M 2 quod

Adami Conzen
in
Euangelio
Cvi
18

Mensura
proportio-
ne nō gra-
du eadem

quod fecisti, id patieris, non enim si stuprum fecisti, stuprum patieris. Sed quod peccato fecisti, auferendo legem, id etiam consequeris, vt tua vita auferatur. Non agi de eodem genere rerum, sed proportionē. Et ita sane intelligi debet Chrīsti verba: de vicissitudine, non gradum paritate. Si in alio seuerus fuit, aut crudelis, in te seuerus erit Deus, & grauis vltor, qui multiplici supplicio peccata tua compensabit, crudelitate maiorem, maiore, minorem, minore celeritate. Quemadmodum in pramio etiam haustum aquae frigidae egeno datum in regno cœlorum muneratur. Sensus igitur est, talem in te Deum experieris, qualem hominibus tute exhibueris. Amicus amicum, hostis inimicum, clemens clementem. Durus seuerum habiturus es.

§.5. Leue est, & supra etiam monti, quod hic Beza
Qui verat Augustinum irridet, & putat illa verba: *Nolite iudicare*
id re, Augustino imposuisse, vt amen a ripeter de libero
esse in ho- arbitrio d' spuarid, cum tamen sit in Græco, *μη νε iue-*
minis pote- *te, ne iudicate.* Quasi vero Christus moneat, *ne iudice-*
re docet. *mus,* si ciat, id in nostra potestate non esse. Vide Bel-
 larm. de grat. & lib. arb. l. i. c. 2. Porro de modo iudi-
 ciorum accurate disputat Augustinus Serm. citato.
Quin Chrysost. Beda. Greg. l. 8. Ep. 45. asserunt nos à
 Domino moneri, vt nolimus, quod velle poteramus.
 Nisi dicamus Adonibezec non potuisse non reges
 mutilatos sub mensam cogere. Iud. 1. aut Amanem
 non potuisse non crucem statueri Mardocheo, qui
 suis machinis, artibusque captus est, & consentaneum
 factis finem sortitus.

Ταῖς αὐταῖς τέχνησιν αἰλώσεται αἵσπερ ἐπῆρξας.

Οἷατ' ἀνὴρ ἔρξῃ τοῖον τελεῖ· αὐτὸν ἱκάνει.

Artibus suis quisque quas exernit, capitur.

Qualia quisque opera facit, talem finem assequitur.

Ne illi quidem eo improbitatis venerant, ut in
Deum scelera illa referrent. Optime Adonizebec.
Iud. i. 7. septuaginta.

Eadem sententia Iudaei videntur in Thalmude, de suspecta vxore חמקתא hamecanne, & in sanhedrin tract. i. de iudiciis. vbi sic effertur. במדד ש אדם במדד בה מורד In mensura qua homo metitur in ea, metiuntur illi.

S. 6. Quod dicit *על פ*, in quo, imitatione dialecti Hebraica factum est; Latini & Græci sine præpositione ornatus loquuntur. Non est comparatio in iudicii malitia, vt dixi, sed feueritate. Non enim qui temere ad alios iudicandos, calumniandosque prorumpunt, temere a Deo iudicantur, sed summa sapientia, & æquitate; Nam li simile, aut grauius in te delictum inuenitur, eo quod in proximo feueri iudicasti, non est dubium, quin in eodem te quoque condemnaris. Atque hoc est, quod ait, qua mensura mensi fueritis. Hebraum est Proverbiū מידה במידה *Midda beneged midda*, mensura ē regione mensuræ. Eadem inquam, mensura; sed proportionē maiore: Quia hocipsum, iudicāle aliū, peccatum est, Ignoscas igitur alii multum, tibi nihil.

Egomet mi ignosco, Marius inquit

Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari.

Quid tua peruideas oculis male lippus inunctis.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum

Quam aut aquila aut serpens Epidamius?

Iudicium igitur dabatur, siue in eodem, siue in di-
uerso crimine.

VERSUS 3.

*Quid autem vides festucam in oculo
fratris tui & trabem in oculo tuo
non vides?*

Versus 4. Aut quomodo dicis fra-
tri tuo: sine cyciam festucam deo-
culo tuo, & ecce trabs est in oculo
tuo.

*Versus 5. Hypocrita, eijce primum
trabem de oculo tuo, & tunc vide-
bis eijcere festucam de oculo fra-
tris tui.*

QVÆSTIO I.

Quid trabs & festuca?

S. i. **F**estuca seu *xydop* & est minimum ligni rametum, quod digitis oculisque, interdum etiam sine doloris sensu, infigitur, à siccitate ita dicta Græcis. Eà minuta peccata significatur. Ch. yf. hom. 24. vocat leuissimā. S. August. hom. 16. cum festuca ostendit manere caritatem, ideoque iustitiam, exemplum ponitur: Nam & filijs nostris quandoque irascimur, filios vero odisse, quis inuenitur? Nec damus alteri legis disciplinam, nisi aliquantulum irascendo, & indignando, nec tamen daremus desuperari nisi amando. Festuca igitur Augustinus est levis ira commotio, quæ amando punit delicta, ne indugendo oderit. Certe inter festucam, & irabem tanta est ex natura rei differentia, vt festuca leniter portari queat, iras autem fit importabilis, & non solum oculum destituit, sed etiam totum corpus hominis opprimat, si illi imponatur. Si autem omnia æterna morte digna essent, quis credat quædam ita extenuari?

Occurrit tamen Pareus contra Bellarminum. Non extenuat peccata, sed perstringit hypocritas, qui cum sint mortali crimine obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt. Culicem liquantes, & camelum glutientes.

Respondet; Non est hoc soluere nodum, sed re-
stringere. Nam 1. mortalia hypocritarum opponit mi-
noribus fratribus, quæ concedere fratribus debent hy-
pocritæ, non autem recte mortalia opponuntur con-
cedendis, si & hæc recte digna sunt, nec festuca est,
sed trabs ferrea ob quam milies, milies ignes debent
uræ æterni, ob quam merito, mundum funditus Deus
euertit. ut Beza docet. 2. Hic saltem quod ante nega-
bat proportio iustituitur peccatorum, mortalium in
hypocritis, minorum in fratribus, ergo & in proci-
fili, quocirca aduersarius illud etiam huc recitat. *Ita*
quantæ culicem, camelum glutientes. 3. Mortalium & Ve-
nialium ex natura discrimen apparet, dum festuca le-
uis, moleflans, non excæcat, trabs opprimenti, occi-
dentique confertur. Argumentum autem Cardinalis
est ab Augustino Hom. 16. de Verbis Domini. Multum
interfuit turbatum oculum, & extinctum. Festuca tur-
bat, trabs extinguit. Et Sermone 202. de tempore. Quid ta-
men festuca significet videamus: Subita enim iracundia festu-
ca est, ira vero quæ in longum tempus protrahitur, dum per ad-
mum falsis suspicionibus nutritur, trabs efficitur. Et paulo
post: Nam cordis oculum festuca turbat, trabs excæcat. Et
secundum hæc ergo per subitanam iram cordis oculus turba-
tur, per adum lumen caritatis exstinguitur. Nunc dic Au-
gustino, non extenuat, non comparat peccata, omnia
sunt mortalia.

Neque Dei gloriam quaerit tanta peccatorum exaggeratione aduectarius, quantum in se est, illam cum animarum salute penitus perfundat. Non enim modo peccata, sed ipsum lumen cordis, ipsa caritas ex cunctis mentis festuca, imo trabs est, oculum excaecans, corpus opprimens.

Redarguitur quidem prompta hypocrisis ad alios re-

alios redarguendos, sibi enim illa secuta videtur. Non enim videmus manice quod in tergō est.

Πάντες ὁ δὲ ἑαυτοῦ τοῦ νοῦ τοῦ ἑαυτοῦ

Αὐτοὶ δὲ ἑαυτοῦ τοῦ νοῦ τοῦ ἑαυτοῦ

Omnes quidem sumus in alio monendi sapientes.

Cum vero nos labimur non cognoscimus.

Sed tamen peccatorum in se diuersitas ostenditur, quod alia sint in iustis, alia non nisi in improbis.

§. 2. Non video qua fronte hæc legant illi, qui manere, & regi peccata volunt. Impudentiores certe illo ipso *δοκῶν*, qui festucam educere tentat. Nam ille ex fratris oculo, quod offendit eximere tentat, hic manere trabem vult, & regi ne videatur. Contenditque quamuis vasta mole infixa hæreat, non tamen sibi imputari, infixa frider in vulnere, totumque oculum excæcat. Verum & illud hominibus perficere frontis obiciendum est. Eos ita iudicate: Omnia sua Calvinistarum scelera esse festucas, non imputari, iust iæ lumen non extinguere. Omnia aliorum esse traves, quia imputantur. Itaque si Catholicus immoderate riserit, trabs est, si Calvinianus bel- la iniqua concitauerit, Turcas, Tartarosque in Chri- stianos adduxerit, festuca est.

QVÆSTIO II.

An monere possit alium qui in simili peccato est aut maiore.

§. 1. QVÆSTIO disputatur a S. Thoma 2.2. q. 33. a. 5.

Constat vero eum qui prelatas est, subdi- torum peccata emendare oportere, etiam si multo maioribus obnoxius sit. Non enim sua obligatione soluitur peccando. Quod si occulta sint eius peccata, monendo alios, se negligendo delinquit. Si manifestam ipsam correctionem despicabilem facit. Officium itaque illius est, se diligentissime, alios diligenter corripiere. Ita Chrysost. Aug. Toletus. Quibus omnibus in correctionibus locum habet, quod Hebræi in Sane- din dicunt. *עוֹנֵי עַמִּי וְעוֹנֵי מִלְּכֵי עַמִּי*. Exorna corpus tuum, deinde orna alios. Quid enim homini prodest, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat?

VERSUS 6.

Nolite dare sanctum canibus: ne- que mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi disrum- pant vos.

QVÆSTIO I.

Qui canes, & porci, & quomodo illis sancta danda non sint?

§. 1. Sanctum & Margaritas pro eodem accipio, doctrinā Euangelii, & mysteriorum exposi- tionem. Sanctum igitur, seu vralia exemplaria habent, & est Euangelium, Sacramenta eius, & Mytheria Margaritam a splendore. Syrus vocat *ܡܚܠܬܐ* Margaritæ. Margaritæ vestras. Dicitur est Vnio cuius summum pretium semper fuit Plin. l. 9. cap. 35. Canes maledicant, irrisores. Prouerb. 9. 7. Porci vero ad carnes sacrificiorum, quas non nisi munda debant Leu. 10. 24. & 24. 9. Canes vero & animalia immunda excreationi erant in Prouerbio, Deuter. 23. 18. Canis merces veratur offerri, & Leu. 11. 26. Inter execranda

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

etiam refertur excerebrare canem: Et Abner in indi- gnatione clamat: Nunquid caput canis ego sum. Vt igitur nullus cani locus, aut pars in sacrificio, ita nec impu- dentibus illis & improbis Euangelii gratia est facile proponenda. Multo minus porcis, quia deo ingrati sunt, & importuni, vt n. si escam illis proicias, d. lace- rent dantem. Rumpere autem seu dirumpere porci dicuntur: *Seu rupit teretes Marsus aper plagas*. Horre- bant porcos non Iudæi modo, sed multo etiam magis Egyptii, vt si quis porcum retigisset, mox flumi- ne se ab ueret, Herodot. Quin & subulcos templis arcebant. Gentes quoque sacris arcebant prophanos.

Exas est *ἡ ἑρῶς*, procul est e prophani. Sic interpretatur S. Cyprianus ad Demetrianum. Oblatrantem te, & aduer- sus Deum, qui vnus & verus est, ore sacrilego & verbis impis obstreptem, frequenter Demetrianæ contemperam verecun- dius, ac melius existimans errantis imperitiam silentio sperne- re, quam loquendo dementis insaniam prouocare. Nec hoc sine diuini mysterij & nominis autoritate faciebam, cum scri- ptum sit: In aures imprudentis noli quicquam dicere, ne quan- do audierit irideat sensatos sermones tuos. Et iterum. Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius, ne similis fias illi: & sanctum quoque inbecamur intra conscientiam nostram tenere, nec conculcandum porcis & canibus exponere, loquen- te Domino, & d. cente. Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne conculcent eas pe- dibus, & conuersi elidant vos. Et Cyprianum imitatus S. Ambr. in Psal. 118. Propterea ergo mysterium regis bonum est abcondere. Peccat enim Deo qui commissi sibi mysteria pu- tauerit indignis esse vulganda. Periculum itaque est non solum falsa dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet, quibus non o- portet. Quod vitium quadrupertitum est, vel adulationis, vel auaritie, vel iactantia, vel loquacitatis in causa; quia dum adhuc adulati vult aliquis ei cui loquitur, effundit mysterium. Nonnulli etiam studio lucri mercedem proditiōis sequun- tur, vt legenda silentio vendant loquendo. Alij, vt plura nosse tur- videantur, & scientiam suam iactent, aperiant quod celare deberent. plerique dum sine iudicio loquuntur, verbum emit- tunt, quod reuocare non possunt.

§. 2. Tertullianus eodem modo interpretatus, in- de consuetudinem fluxisse ostendit, Gentiles & ca- techumenos Christiana mysteria celandi. cap. 2. ad v- xorem. Nolite inquit margaritas vestras porcis iactare ne con- culcent eas, & conuersi vos quoque evertant. Margarita vestra sunt quotidiana conuersationis insignia. Quanto curaueris ea celan- occurrere, tanto suspectiora feceris, & magis cauenda Gentili- bus curiositati. Latetis ne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum chumenos, signas, cum aliquid immundum statu expuit, cum etiam per noctem exurgis oratum, & non Magia aliquid videberis ope- rari? Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gi- stes: & si scierit panem, non illum credit esse qui dicitur. Et l. de præscriptionibus aduersum Hæreses, grauitur eos increpat, qui hanc disciplinæ partem negligebant.

In primis quis Catechumenus, quis fidelis incertum est, pa- riter audiunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam Ethnicis si Ecclesiasti- superuenerint, sanctum canibus, & porcis margaritas, licet non ea celare veras iactabunt. Simplicitatem volunt esse prostrationem disci- plina, cuius penes nos curam lenocinium vocant, pacem quoque passim cum omnibus miscant.

§. 2. Nō est eo in loco promulganda Euangelii do- ctina, vbi nulla est utilitas. Sic Act. 13. 46. Antioche- nis in Pisidia non prædicatur Euangelium. Nam cre- bro quicquid hominibus improbis annunciat, interdum stulticia est illis. 1. Cor. 2. 14. Hincabite & puluerem aperiu- excutere iubentur. Luc. 10. & Act. 13. id faciunt. tur, pro- Nec tamen contrarium Christus fecit, cum Scribas pter bonos & Phariseos instruxit. Nam quamuis magna pars a- nimas nimis obstinatis gratiam repudiarent, multi ta- men conuersi effecerunt, vt labor ille propositum teneret.

§. 4. In explicatione doctrinæ salutatis, id præ- cipus

cipue videndū, vt ita proponatur, ne ante explodatur, quam intelligatur. Itaq; sensim, & à clarioribus, seu à quibus minus abhorrent, ad interiora progrediendum est. Id quod architecti solent, dum nouas substructiones moliantur, veteres dissolunt; ita Apostolus Paulus Athenis atq; alibi, de vanitate deorum, disputat, vt damnata opinione priore, nouæ fidei parentur. Cuius rei neglectus, propagationem fidei remorari solet.

§. 5. Augustinus libro de adulterinis coniugibus, l. i. de dando baptismo illis, quorum de voluntate ambigitur, his ex verbis decernit. S. Cyprianus margaritas proiciit ante porcos arbitrat, si lapsi, non digne poenitentibus pax detur, si eam importunitate extorqueant, non humilitate & lacrymis exoratam habeant. Verba Cypriani sunt.

Animaduertimus enim, te congruente censura, & eos digne obiurgasse, qui immemores delictorum suorum pacem à presbyteris per absentiam tua festinata & præcipiti cupiditate extorsissent, & illos qui sine respectu Euangelij Sanctum Domini canibus, & margaritas porcis profana facilitate donassent, cum grande delictum, & per totum pene orbem incredibili vastatione grassatum, non oporteat nisi, vt ipse scribis, caute moderateq; tractari, consultis omnibus Episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus, & ipsis Stantibus Laicis, vt in tuis literis & ipse testaris, ne dum volumus importune ruinis subuenire, alias maiores ruinas videamur parare.

Quantum ille à nostrorum temporum licentia abhorrerit, res ipsa docet; vt vix magni peccatores admonitionem; nedum reprehensionem & poenitentiam sustineant.

Porro Augustini definitio in vsu Ecclesiæ hodie pertinet, Sacramenta enim dantur, cum petiisse præsumitur. Verba Augustini ascribere visum est, multis profutura.

CATECHUMENIS ergo in huius vitæ ultimo constitutis si morbo seu casu aliquo sic oppressi sint, vt quamuis adhuc viuant, petere sibi tamen baptismum vel ad interrogata respondere non possint: profit eis quod eorum in fide Christiana voluntas iam nota est, vt eo modo baptizentur quo modo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus, qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conferro credita improbius quam cauius indicare voluisse iudicemur. Satis quippe in talibus respiciendum est illud Apostoli, vbi dicit: Vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius in scem iudicemus. Sunt enim quo vel in his vel etiam in aliis obseruandum putant, quod dixisse Dominum legimus, Nolite sanctum dare canibus, neque proteritis margaritas vestras ante porcos. Et ista Saluatoris verba referentes, baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiverint, ne sorte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de paruulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est vsus. Sed non solum incredibile est, nec in fine vitæ huius baptizari catechumenum velle, verum etiam si voluntas eius incerta est, multo satius est nolenti dare, quam volentem negare: vbi velit, an nolit sic non apparet, & tamen credibilis sit eum si posset, velle se potius fuisse dicturum ea Sacramenta percipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire. Si autem Dominus vbi ait, Nolite dare sanctum canibus, hoc quod isti cauendum putant, vellet intelligi, non ipse suo traditori dedisset, quod in suam ille perniciem, sine culpa dantis, cum dignis indignus accepit. Vnde cum hoc diceret Dominus, credendum est significare voluisse: quod lucem intelligentia spiritalis immunda corda non portant. & si portanda ductor ingesserit, quia non recte accipiunt, quia non capiunt, vel reprehensionis moribus lacerant, vel contemnendo conculant.

VERSVS 7. & 8.

Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur.

QVÆSTIO I.

An omni petenti detur?

§. 1. **N**on solis Apostolis, sed cunctis Christi fidelibus illa facta est promissio. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum; quia quodcumq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. 1. Ioan. 5. 14. Verum multi multa petendo, nihil obtinent, cuius rei causa est, vel in re quæ petitur, vel in petentibus. D. Thom. 72. q. 85. a. 15. Aug. tra. 7. in Ioan. Si enim bona petamus fluxa, caduca, nocturna, prudentis est, negare. Oidium est dare quod sit accipientibus exitio, charitas id omnino negare. Non est Deus funestus muneris auctor, sed vota imprudentia corrigit, sæpe penam pro munere poscimus. Romanus sapiens l. 2. de beneficiis. Rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile est odium: beneficium demus, quod vsu magis, ac magis placeat, quod nunquam malis vertatur.

§. 2. Interdum petita negantur, vel quia peccata petentium Dei largitatem auerunt, vel quia a languide, distracte, cum tædio, & fastidio postulantur. Tot nos mala premunt, omnes ad nouas calamitates commouemur, at quorū quisque cum lachrymis orat: oni se dedit? veniam deprecatur? Hanc ob causam serium orandi studium nobis Deus imperat. Petendi enim querendi, pulsandi, verbis, perseverantiam, & feruorem indicat docet, Augustinus lib. 1. de retr. c. 19. Qui autem querit cuncta alia mente proiciens, sedulo in vnum illud intendit, quod requirit. Nam longe melius ad instantissimam petitionem hæc omnia referuntur. Quamuis l. 2. serm. in monte. Petitionem ad sanitatem iudicii, inquisitionem ad veritatis inuestigationem, pulsationem ad perseverantiam referat. Feruorem & perseverantiam Deus præcipue exigit. Cum enim dona sua tardius impetratur, cunctatione eorum præstantiam commendat, sermo ne si celeriter offerantur, cito data vilescant, atque ita amittantur; arctissime tenetur, quod laboriose obtentum est. Sequat interdum munera Deus, vt opportunius det, quæ citius data homo perderet. Melius consilium illi, cui pecunia in tuto posita post intervallum datur, quam illi cui per pericula ferenda representatur.

QVÆSTIO II.

An recte de nouâ fide inquirendum doceant heretici?

§. 1. **Q**ui nouum paraclitum, nouam fidem tēpore Tertulliani inducebant, vetera retractabant. Curiositatem suam Domini verbis defendebat. nouam Quibus optime respondetur: post Christum, post dem Apostolos nihil opus esse noua curiositate, data est doctrina, inuentum est Euangelij margaritarum, apertum est ostium, Christus ipse, ostium euident. Nemo noua querit, nisi vetera qui perdidit, nemo pulsant, nisi qui foris est. Sed Tertullianum l. de præscriptionibus aduersus hereticos audiamus. cap. 7. [Nobis curiositate opus non est post Christum, nec inquisitione post Euangelium. Cū credimus nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra

utra credere debeamus. Venio itaque ad illum articulum quem & nostri prehendunt ad inuendam curiositatem, & heretici inculcant ad importandam curiositatem. Scriptum est, inquit: *Quærite, & inuenietis.* Quando hanc vocem Dominus emisit, recordemur. Puto in primitiis ipsius doctrinæ suæ, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Christus esset. Et cum adhuc nec Petrus illum Dei filium pronuntiasset, cum etiā Ioannes, de illo certus, esse desisset. Merito ergo tunc dictum est, *Quærite & inuenietis*, quando quærens adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat: & hoc quantum ad Iudeos. Ad illos enim pertinet totus sermo suggestionis istius, qui habebant ubi quærent Christum. Habent, inquit, Moysen & Heliam, id est, Legem & Prophetas Christum prædicantes: secundum quod & alibi aperte: *Scrutamini, inquit, Scripturas*, in quibus salutem speratis. *Ille enim de me loquuntur.* Hoc erit, *quærite & inuenietis.* Nam & sequentia in Iudeis competeret manifestum est, *Pulsate & aperietur vobis.* Iudei retro penes Deum fuerant, dehinc eiectione obdedita, extra Deum esse coeperunt. Nationes vero nunquam penes Deum, nisi filicidium de stula, & pulsus ex arca; & foris semper. Itaque qui foris semper, quo modo pulsabit eo ubi nunquam fuit? quam ianuam nouit, in qua necreptus, nec eiectionis aliquando: An quis scit se intus fuisse & foris actum, is potius pulsabit, & ostium nouit? Etiam: *Petite & accipietis*, ei competit, qui sciebat a quo esset petendum, a quo & erat aliquid promissum, a Deo scilicet Abraham, Isaac & Iacob, quem nationes non magis nouerant quam nullam repromissionem eius. Et ideo ad Israel loquebatur: *Non sum inquit, missus, nisi ad oues perditas domus Israelis.* Nondum canibus iactabat panem filiorum: nondum in viam nationum ire mandabat. Si quidem in fine præcepit, ut vaderent ad docendas & tingendas nationes, consecrati mox Spiritum sanctum paracletum, qui illos deducere esset in omnem veritatem. Et hoc erga illos facit. Quod si nationibus destinati Doctores Apostoli, ipsi quoque Doctores consequuntur erant paracletum; multo magis vacabant erga nos: *Quærite & inuenietis*: quibus vltro erat obventura doctrina per Apostolos, & ipsis Apostolis per Spiritum sanctum.

Omnia quidem dicta Domini omnibus posita sunt, quæ per aures Iudeorum ad nos transferunt; sed plebsque in personas directæ, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum. Cedo nunc sponte de gradu isto: omnibus dictum sit, *Quærite & inuenietis*; tamen & hic expetitur sensus certæ interpretationis gubernaculum. Nulla vox diuina ita dissoluta est & diffusa, ut verba tantum defendantur, & ratio verborum non constitatur. Sed in primis hoc propono: Vnum vtiq; & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco *quærite*, ut possint cum *inuenierint* credere. Vnus porro & certus instituti, infinita inquisitio non potest esse: quærendum est donec inuenias, & credendum ubi inuenieris: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id inuenieris & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id, quod à Christo institutum est. Interim ex fiducia probationis præuenio, admonens quosdam nihil esse quærendum vltra quod crediderunt, id esse quod *quærite* debuerunt, *Quærite & inuenietis*, sine disciplina rationis interpretentur. Ratio autem dicti huius in tribus articulis constitit: In re, in tempore, in modo. In re, ut quid sit quærendum consideres. In tempore, ut quando. In modo, ut quo-

usque. Igitur quærendum est, quod Christus instituit, vtiq; quam diu non inuenis, & vtiq; donec inuenias. Inuenisti autem cum credidisti. Nam cum credidisses, si non inuenisses, sicut nec quæsisse, nisi ut inuenires. Ad hoc ergo quæris ut inuenias, & ad hoc inuenies ut credas. Omnem prolationem quærendi & inueniendi credendo fixisti, hunc tibi modum statuit fructus ipse quærendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse, qui te non vult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec quære. Ceterum si quia *Qui credidit, inuenit.* alia tanta ab alijs sunt instituta, propterea in tantum quære debemus, in quantum possumus inuenire, semper quæremus, & nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis quærendi? ubi statio credendi? ubi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? sed & Valentinus proponit: *Quærite & inuenietis.* Apud Valentinum: sed & Apelles hac me pronuntiatione pullabit, & Hebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant. Ero itaque nusquam, dum ubique conuenior: *Quærite & inuenietis*: & velint me sic esse nusquam, quasi qui nunquam apprehenderim illud quod Christus instituit, quod quæri oportet, quod credi necesse est. Impune erratur, nisi delinquatur, quamuis errare delinquere est. Impune, inquam, vagatur, qui *Errare pro nihilo deferit.* At enim si quod debui credere credidi, & aliud denique puto requirendum, spero vtiq; & aliud esse inueniendum, nullo modo speraturus istud, nisi quia aut non credideram qui videbar credidisse, aut desij credidisse. Ita fidem meam deserens, negator inuenior. Semel dixerim nemo quærit, nisi qui aut non habuit, aut perdidit. Perdiderat vnam ex decem didrachmis anus illa, & ideo quærebat: ubi tamen inuenit, quære desijt. Panem vicinus non habebat, & ideo pulsabat: ubi tamen apertum est ei, & ut accepit, pulsare cessauit. Vidua à iudice petebat audiri, quia non admittebatur: Sed ubi audita est, haecenus institit. Adeo finis est, & quærendi, & pulsandi, & petendi. *Petendi enim dabitur*, inquit, *& pulsanti aperietur, & quærenti inuenietur.* Viderit qui quærit semper, quia non inuenit. Illic enim quærit, ubi non inuenietur. Viderit qui semper pulsât, quia nunquam aperietur. Illic enim pulsât, ubi nemo est. Viderit qui semper petit, quia nunquam audietur. Ab eo enim petit qui non audit. Nobis etiam quærendum esset adhuc & semper, ubi tamen quæri oportet: Apud Hæreticos: ubi omnia extranea & aduersaria nostræ veritati; ad quos vetamur accedere: *quærenda* Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico Domini sui sperat? Quis miles ab infederatis, ne dicam ab hostibus regibus, donarium & stipendium caprat? nisi plane desertor & transfuga & rebellis? Etiam anus illa intra tectum suum drachmam requirebat: etiam pulsator ille vicinam ianuam tundeat: etiam vidua illa non mimicum, licet durum iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, unde destruitur. Nemo ab eo illuminatur à quo contenebratur. Quæramus ergo in nostro, & à nostris & de nostro; idque duntaxat quod salua regula fidei potest in quæstionem deuenire.]

Hæc ille ad eos qui de rebus creditis, iudicatis, manifestis, perpetuas mouebant quæstiones, & veri quærendi prætextu hæreses inducebant; hominumque fidelium fidem pulsando concutiebant.

§. 2. Insignis doctrina est Tertulliani, omnibus omnium nouitatibus opposita; vti eadem ratio cinatione Epiphanius, & lib. 1. cap. 1. Irenæus. Ingenium enim hæreticorum est allicere simplices suaderet per verborum artem. Magdeburgenses hoc *Ex fidelibus* detorqueant ad inquisitionem in scripturis; vetum sit infidelis negat Tertullianus post Euangelium inquit endum, *his dum*

negavit paulo ante scripsisse Christum, aut id Apostolis commisisse. Quid vero certius, quam eum qui in Evangelium à maioribus acceptum credidit, iam invenisse Christum? Quid absurdius, quam post annorum mille sexcentorum religionem, & martyria iterum tractare Christum? Deinde si quaerimus cur apud haereticos si apud eos, cur potius apud eos, quam illos? Maneat ergo fixum quod c. 30. idem asserit. *Id sine dubio tenendum quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit.*

VERSUS 9. 10. 11.

Aut quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se. Omnia ergo, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines: & vos facite illis: Haec est enim lex & Prophetarum.

QUESTIO I.

An, quia hominum parentes mali, ideo peccatum sit concupiscentia?

S. 1. Comparatio hac in se consistit. Si patres, qui boni non sunt, naturae tamen ductu, & infra seque affectu que filiis bene faciunt, cur non id faciet pater celestis, naturae ab aeterno, & in aeternum bonus? Argumentum ex eo est, quod natura, atque adeo ordinariè fieri solet. Aliquando furor, iraque mentem eripiunt, & parentis animum expugnant, ut cum Medea pueros trucidat, & Oedipus optat *καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τῆς οὐκίας, αὐτὸν διαιρεῖν τοὺς υἱοὺς*, eum dividere filios, illa tamen immanitas in paucis invenitur, & in solo homine; nam, bestiae ferocissimae foras suos ardentèr amant; nam tigris tigris, & leunculo leonae mansuetum immurmurat.

S. 2. Primus Kemnitiu hunc locum ita exposuit, ut concluderet, concupiscentiam esse peccatum. Verum cum ridicula sit conclusio: Vos estis mali, concupiscentia igitur est peccatum in subsidium vocavit Hilariu, quem citat Augustinus l. 2. contra Iulianum c. 8. Rursus, inquit, in eodem sermone, ipsi, inquit, Apostoli verba licet iam fidei emundati, atque sanctificati, non deesse tamen malitiam per conditionem communis nobis Originis, docuit dicens: Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris. Haec Hilarij verba ab Augustino alii in sensum citata.

Ordinari-
us est amor
parentum
in libros.

Homines
mali sunt,
non ideo
concupis-
centia ipsa
peccatum.

Apostoli
actualia
peccata
habebant.

Hoc quidem loco nullum pro illa haeresi verbum fingi potest. Apostoli ait non deesse malitiam, quod ultro damus, dicente illo quem diligebat Iesus; si dicimus, quia peccatum non habemus, mentimur. Peccata illa non erant concupiscentia, sed opera concupiscentiae: veri nominis peccata: nam legimus verè Petrum reprehensibilem fuisse, Paulum & Barnabam dissensione seivinctos. Alia Hilarij verba ab eodem Augustino citata plus in speciem habent coloris, sed nihil pro haeresi faciunt. Memores, inquit, & consilij, illa ipsa corpora nostra omnium vitiorum esse materiam, pro qua polluti & sordidi nihil in vobis mundum, nihil innocens obtinemus; gaudeamus nobis esse hostem, in cuius concertatione, quodam concertationis nostra bello dimicemus. Hic vrgent

illud, quod pro materia nihil innocens, nihil mundum habere dicat.

Illam tamen nunquam ita Augustinus interpretatus est, ut dicere non putaret Hilariu, vera esse peccata concupiscentias, sed duntaxat pro materia illa corporum nos pollutos esse, ex ea nihil mundum habere. Ita mundum eum sentire verba adiuncta docet. Gaudeamus nobis esse hostem, in cuius concertatione, quodam concertationis nostrae bello dimicemus. Idem in Psalmum 1. Et ad hac quidem nos vitia naturae, inquit, nostrae propellit instinctus, sed vile est nos à via hac, ad quam sermur, abscedere, neque consistere illic, adhibito decedendi ex ea non moroso recurfu. Et idcirco: Beatus vir qui in via peccatorum non stetit: natura quidem in viam hanc ferente, sed ex via hac fidei religione referente. Denique victoriā vos mundari ille docet, quod fieri non posset, si concupiscentia peccatum esset.

Vrget tamen Pareus. Hilarius mundos nos esse posse in mortuam huius corporis habitaculo aperte negat, Ergo plenam munditiam non habent baptizati.

Respondeo, Verba Hilarij: quia lex, inquit, Umbra est futurorum bonorum, idcirco per hanc praefiguratam significationem docuit nos in hoc terreni & mortuam corporis habitaculo mundos esse non posse, nisi per abluitionem. Gaudet misericordia emundationem consequamur, post demutationem, resurrectionis terreni corporis nostri, effecta gloriose naturae. Quasi vero id inde sequatur, nos mundos in hac vita non esse, ideo concupiscentiam esse peccatum. Augustinus ideo adduxit, non ut ostenderet concupiscentiam peccatum esse, sed doceret, ubi perfectionis spectare oporteat.

Quis vero inquam, nisi Pelagianus aut opinatus fuit, est, aut dixit, nos sine abluitione divinae misericordiae mundos esse? Quis vera ante resurrectionem, qua demutatur, mundos nos esse docuit? Et si enim iusti sunt sine mortali peccato, venialibus tamen vrgentur, & quotidie peccant, & graue est illis, non modo si consentiant concupiscentiae, sed quod omnino etiam inuiti eius stimulos sentire cognantur.

VERSUS 13. 14.

Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam.

QUESTIO I.

Via quae Angusta porta?

S. 1. Vita temporalis porta, finis, vita, aut etiam vita ipsa, angusta vita sanctorum, arcta via, compressa, compressa, non multitudine premens, sed multitudine aduersitatum. Nazianzenus cur angusta sit rationem reddit, *συνὴ δια τῶν ἰδιωτικῶν, καὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ τῶν κακῶν ἀδελφῶν*. In Greco *ὅτι συνή, αἰὶν, τῶν κακῶν*. Lata est autem, & spatiosa quae ducit ad mortem, angusta est propter sudores, & quia non multis peruia, & in multitudine est contrarium, quae per malitiam ambulat.

Quam angusta, noster legit, *πῖ σενῆ*, non, *ὡς σενῆ*, ut Erasmus putat, Theoph. ut noster legit, *βαθὺ πόντος*. Non *σενῆ*. Syrus *Ma*. id est, Quam. Hic igitur seruandum, quod prouerbio monemur, *μὴ ἰσθῆαι τὴν λαοφροσύνην*.

non in vitiis publicis, plurimi enim mali sunt, ideo & ratio eorum vitiandi damnata est. Hinc illa de biuio Herculis apud Xenophontem lib. 2. *de moribus*, & Cicer. 2. officior. præclara. Et apud Hesiodum *tristis de ætate* id est de ætate dei *neque dei deus*. Virtutis sudorem in conspectu dei posuere.

Nam reuera recte viuit, non qui populum, & commonem morem sequitur, sed qui rectum & legem recte conciliatricem, mali damnatricem amplectitur.

§. 2. Ne hic quidem locus à mala hærese con manu intrusus fuit. Chytraeus angustam portam esse interpretatur, fidem qua verbum Dei amplectitur. Mirum omnia que vsquam sunt fidem illis esse videri. Si fides est via angusta & arcta porta, nihil illis angustius est patiens, nihil arctitudine spatiofius. Simul enim fiduciam conceperunt, se iustos esse, se prædestinatos, nihil peccati sibi imputari, certissimi sunt se beatos fore, atque ita per omne flagitiorum cœnum volutati, per amœna omnium voluptatum ingressi, iustitiam retinere se putant. Quæ hic angustia, vel fidei, vel patientiæ, vel operum. Non premuntur sed in paluinari feracitate Christiana feruntur.

§. 3. Alij apud Bellarminum lib. 2. de Monachis c. 13. Arcta est via, angusta porta, nemo igitur plus facit, quam facere teneatur, non igitur vlla sunt opera erogationis. Huius quidem consequentiæ nullus est nexus. Etsi enim arcta via est, in ea tamen aliquid fieri potest, quod imperatum non est à Domino. Id vero dicimus opus supererogationis. Arctissima via ibat vas electionis Paulus, omnium malorum imminetium conflictu agitatus, nec deerat tamen opus erogationis. Interea enim omnia Euangelio seruienti de Euangelio non viuerebat, & illis abstinerebat, quorum potestatem se habere profitebatur, & quibus college Apostoli vtebantur.

§. 4. Solebant hæretici sepe se paucitate commendare vt Aug. monet serm. Domini in monte, male tamen, quia sunt extra viam. Ecclesiæ magna est multitudo, sed in ea multitudine pauci viam arctam intrant, multi latas & dealbatas sæculi vias ingrediuntur. Alia ratio est Ecclesiæ in qua boni sunt, & mali, alia singulorum. Ecclesiæ magna est multitudo, & toto orbe dispersa, & vbi illa multitudo non est, Ecclesiæ non est, talem enim prædixerunt Prophetæ. Singulos autem vias ingredi oportet, quia vident in ipsa Ecclesiâ paucos ire. Nam latam tenent Christiani carnales, vt Chrys. Aug. Hier. Epist. 14. ad Celanriam. Spirituales autem angustam.

Non ergo hæretici angusta porta ingrediuntur, quia pauci sunt. Sed excluduntur, quia non vadunt recta via, qua pauci boni, nec lata, qua multi mali, sed inter ipsos malos semitam inueniunt, vt quasi inter malos peculiatim malitia secreti quandam efficerent sectam. Vt enim pauci boni discedunt à multis malis, ita & pauci mali, quadam eminentia, aut singularitate malitia sele diiungunt. Sancti Ambrosij Enarratione in Psalmum 1. Davidis salubris est, & omnibus Christianis aduertenda admonitio.

Iste tibi elingere quos sequaris: aut iustos aut iniustos. Iustorum via angustior est, iniustorum latior. Illa sobrietatis angustior, hac ebrietatis latior, vt possit capere fluctuantes. Hac habet saculi butis illecebras, illa habet futurorum præmia. In istis finibus præsentior, in illis spes tardior. Quæ enim suauia sunt, non differunt diuturnæ expectatione perfructum, sed habent præsentem. Quod autem seruum est, labore queritur, quod beata cognitione percipitur, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se.

VERSUS 15. & 16.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,

intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vinas, aut de tribulis ficus?

QUESTIO I.

Qui falsi Prophetæ & vestimenta ouium?

§. 1. Vbet attendere: quia via angusta & porta, non igitur omni monstratori, aut indici credendum est. Non sunt lupinæ malitiæ signa, vestimenta ouium, alioqui & oues lupi essent, sed assumuntur, ne oues timeant. Vestimenta sunt quæcunque appaent foris blanditiæ, promissa, verba, opera, etiam ipsa vestimenta modestiam mediocritate, vel sordibus austeritatem mentientia. Hæc à pijs doctoribus tanctæ, ab improbis simulate geruntur. Wolfgangus Musculus, alij alia recensent, maxime in Catapactis, Enthusiasticos, raptus, pertinaciam in tormentis, rerum abdicationem.

§. 2. Per pseudoprophetas Tossanus non intelligit eos qui extra Ecclesiam sunt Philosophos, Sophistas, sed eos qui in Ecclesia exurgunt. Omnes tamen eos Christus redarguit, qui boni alicuius prætextu ad seducendos populos irrepunt, qualescunque sint, seu Philosophi, seu hæretici, atque adeo Pharisei, quorum vestimenta ouium erant, quorum superficies pulchra erat, professio legis, & zeli erga Deum. Totâ illam *speciem* pietatis, vt Paulus appellat Tim. 3. Nihil opus illa distinctione, cum omnes illi lupi sint, cum plurimi vestimenta ouium induant. Quod si quispiam luporum eorum, veram & genuinam descriptionem desiderat, legat Riandri Lutherani lupum excoriatum.

§. 3. Lutherus, alijque, l. c. 25. de Sacram. inde concludunt: omnium esse officium, dogmata examinare, quauis Ecclesia Romana, Concilia, antiquitas ea probarent. Omnibus enim dici, Attendite. & à fructibus cognoscetis eos.

Responder Bellarminus: Attendendum quidem omnibus, non tamen omnium esse, doctrinam pastorum suorum ad regulam sacræ scripturæ examinare. Quod indicare de omnino certum est. Neque enim omnium illa est peritia vt possint, & si possint, non est tamen ouium iudicare Pastores.

§. 4. Possunt quidem reuinci, si doctrina eorum serio oppugnetur. Sed tamen id non ab omnibus: sic Tertullian. l. de præscriptionibus Marcionem confutat. Quamquam, inquit, & de operibus suis, vt dixit Dominus reuincuntur. Si enim Marcion nouum testamentum à vetere separauit, posterior est eo quod separauit, quia separare non posset, nisi quod vnitum fuit: vnitum ergo antequam separaretur, postea factum separatim, posteriorem ostendit separatorem. Itæ Valentini aliter exponens, sine dubio emendans hoc nomine, quicquid emendat, vt mendosum retro alterius fuisse demonstrat. Hos vt insigniores, & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Ceterum & Nigidius nescio qui, & Hermogenes, & multi alij adhuc ambulant peruerentes vias Dei.

Hoc difficultatem habet duplicem. Iudicare enim de doctrina, res est ardua, & paucis concessa. Ita signum de doctrina obscurissimum est. Deinde potest falsus Prophetæ plurima res ardua terponere. Non erit ille verus Prophetæ, quia cum hæreticus sit, fidem non habet, & tamen à plerisque deprehendi nullo modo potest. Si Græcus aliquis omnia recte doceat, solū vera doctrina assuat hæresin, quæ negant Spiritu sanctu à filio procedere. Quomodo eum idiota cognoscent, esse malā arborē, in qua tot bohos finctus vident, & vnū duntaxat malū, sed qui vitij subtilitate fugiat et sensum multorum valde eruditorum? Hoc igitur solū possunt, vt iudicent doctrinā ex proprijs fructibus malā esse, antiquis patribus, consuetudine le-

Vestimenta ouium quicquid exterius blanditur.

Lupus excoriatum Riandri.

Non omnes possunt indicare de doctrina falsis Prophetæ.

Indicare de doctrina res est ardua.

ne legibus esse contrariam, nouam ideo adulterinam.

Denique non inuitat nos ad stud. a, & scripturas, sed ex fructibus cognoscetis eos, ait. Fructus ergo seu effectus docebunt. Neque enim si quis de arbore bona interroganti respondeat; Ex fructibus eas cognoscis; ille ad antiqua scripta interrogantem rel. gat, sed experientiam pomorum. Denique de nouis Pseudoprophetais noua docentibus, vetera reiicientibus, sermo est. Qui ipsi veniunt, non missi, sed obtrusi.

Nemo haecenus nouorum haereticorum se missum ostendit, omnes irruerunt. Neque nunc cum aberrantibus constituuntur, mittuntur, sed veniunt. Non Domini voluntate praefecti, sed iniusta usurpatione animarum tyranni.

VERSVS 17. 18. 19. 20.

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autē arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

QVÆSTIO I.

Quae arbores, quine fructus?

§. 1. **L**ocus ille, si vllus alius, multis interpretationibus obscuratus est, multae sub illa arbore haereses latuerunt, quibus folia decutienda sunt vt appareant: & veritas vineat.

Initio quidem arbor bona secundum quosdam est homo fidelis: mala, infidelis, seu malam fidem habēs. Fidelis ex natura verae fidei non operatur malē. Naturā enim bona fides fructus bonos facere solet. Mala etiam ex mortuo infidelitatis non potest bonos fructus ferre, quā sic operatur. Sic Maldonatus noster, alijque.

Altera expositio est: Arborem malam esse falsum doctorem; bonam, Verum. Et de doctrina duntaxat agi, non de moribus. Ea expositio multorum est Catholicorum, & aduersariorum.

Tertia est, S. Augustini, arborem bonam esse bonā voluntatem, malam autem esse malam.

Atque ex hisce interpretationibus de tota sententia statuendum est.

§. 2. Probabilis est expositio Maldonati nec sanet vlli haerēt, sed omnium obiectiones facile soluit. Agi enim de fide constat, quia dixerat: attendite à falsis Prophetis, qui veniunt in vestimentis ouium. Nec tollitur ea expositione liberum arbitrium, nec consequitur non posse vel infideles aliquid boni, vel etiā fideles aliquid mali agere. Sed ostenditur quid naturae cuiusque conveniat, quā tales sunt; nam fructus ex radice vitae fidei enati, mali esse nequeunt, nec boni, quos infidelitas ipsa ex se paratur. Licet fidelis aliquando ex infirmitate viciosus, infidelis ex rationis ductu bonos fructus proferat.

§. 3. Maldonatum impugnat hic Daniel Tossanus; obicit enim Augustinum, l. 4. contra Iulianum, c. 3, & l. 3. contra duas Epist. Pelag. c. 5. contendere opera impiorum omnia mala esse. Id aliquando sensisse Maldonatum, & auctorem Augustinum putasse. Nūc sententiam ob Concilij Triderini decretum mutasse, & ad Pelagianismum inclinasse.

Respondeo. A Pelagianis nos longissime abesse illi enim opera iusta, & ad vitam aeternam vtilia esse sine gratia dicebant, imo Ethnicis sine fide iustos quā nos damnamus. Idem fuit institutum Augustini, Pelagianos confutare; N. gat enim in Ethnicis fuisse veras virtutes, quibus iusti essent; nec in istis, inquit, est vera iustitia: quia iustus ex fide vivit. Si per naturā iusti fieri possumus, ergo Christus gratis mortuus est. Quod vero ait, sine fide, quae videntur bona opera in peccata verti, non efficit quicquam. Non ait bona opera esse peccata; sed verti in peccata; quia ubi ab. st. vera fides, quā in Deum referantur, facile accedit malus finis, quo omnia referantur in idolum. Aliud vero est contendere infideles esse iustos, eorumque opera iustificare, & sic sine fide Fabricios, Regulos, Carones fuisse iustos, (nam horum nominibus quasi res in Romanorum curia ageretur, terrendum Augustinum putabat Italianus.) Aliud vero eosdem Romanos quolibet facto, quod agere poterant, optimo; millies, millies g. hennā meritos, quod docent Calvinistae; media est, tutissima via: vt bona quaedam moralia, meriti, & vitā inania opera illis concedamus, non omnia damnabilia pronunciemus.

§. 4. Altera expositio est Bellarmini, multorumque aliorum: quia vero contra sectarios agimus, atque ipsi plerique eam sequuntur, nobis commodissima fuerit. Fatetur Pareus lectione 178. contra Bellar. de doctrina agi, ita docere Calvinum ipsum. Idem contendit Pifcator. Haec interpretatio nec contra liberum arbitrium, nec contra infidelium moralitatem bona opera quicquā tribuit. Si enim Pseudoprophetae, demonis instructi, mentum, malos doctrinae fructus proferat, nec bonos huius potest, quia nō didicit. Bonus autem Propheta à Deo liberum doctus salubrem doctrinam affert, nec ea institutione vitens malos fructus proferre potest, non ideo non est liberum arbitrium, aut ideo omne opus hominis, etiam de malitia gementis, est malum. Quid enim cuiusque principis consentaneum sit edocemur. Verum vt omnino cavillationibus abstinere cogantur, Bullingerum, hoc est Magistrum suum audiant, cuius dicta plerique sequuntur.

[Summa omnium haec est, vt ex fructibus cognoscatur arbor, ita ex doctrina iudicari potest de Propheta, verusne sit, an falsus. Quae liber arbor suae speciei, & de boni generis fructus proferat; ita quilibet doctor talem proferat doctrinam, qualem omnino concepit spiritum. Si Doctor pius, Sanctus & innocens est, doctrina quoque eius respiciet pietatem, sanctimoniam & innocentiam. Porro si fides, & conscientia Doctoris luxata sit, corruptam quoque ac vitiosam esse oportet doctrinam. Ex doctrina ergo aestimandus est Doctor, num sc. ea spectet solius Dei gloriam, Christi iustificationem & meritum: an veram an fictam planter iustitiam: scelera in cieper, an flagitiosis palpet, & parcat: denique an doctrina eius doceat inae Prophetarum, & Apostolorum sit conformis. Alij haec interpretantur de vita pura, & impura docentium, quasi vero vita in speciem sancta coarguat omnem doctrinam, quae ab eo, qui speciem sanctimoniam habet, proponitur, verā esse; aut falsam esse necesse sit doctrinam eam quae proferatur à peccatore. Certē Dominus in Euangelio dicit, Quod dixerint vobis facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Si ergo doctrinam spectes, potest esse Propheta verus, qui alioquin est homo malus. Proinde doctrinam maxime hic fructus est, vnde oportet cognoscere verum aut falsum Prophetam. Nam vt arbor ad fructificandum peculiariter condita est, ita & Propheta vt doceat est institutus. Genuinus ergo Prophetae fructus doctrina est.]

§. 5. Non possum hac in causa aduersariorum in-Calvinismum dissimulare ac malitiosam fraudem: nam statim iudem

Arbor bona fidelis, mala infidelis.

Arbor mala falsus Doctor, vera, bona, voluntas bona mala est mala. Fides ex se bonos, infidelitas malos producit.

idem qui hac negant ad mores extendenda, & ad doctrinam referunt. Vt Caluinus, Kemmitius, Aretius, Pareus, eadem nihilominus usurpant, vt negent liberum arbitrium, & omnia impiorum opera peccati condemnent. Quae vero est ingenuitas vt alibi ad mores pertinerent negent, alibi assuerent? Caluinus id facit in antid. ad Iess. 6. Can. 7. Trident. Pareus l. 3. c. 4. de amissa gratia & stam peccati l. 6. c. 11. de gratia, & libero arbitrio. Testanus reprehendit Maldonatum, quod ad opera referat.

Iam vero in confesso est, Pseudoprophetas ita errores ferere, & producere tristissimos haereleon fructus, vt tamen multa vera falsis misceant, est autem doctrina vera saluber fructus, quin & veri Doctores aliquando labi posse nos exempla docent, & aduersarij non dissentient. Non igitur absolute dicendum est, nec Pseudopropheta v. ra. inquam, nec verum falsa profert sed eam esse naturam falsi Prophetae, vt falsat, veri vt insinuat, vera proferendo.

§. 6. Tertia expositio de voluntatibus bonis & malis est S. Augustini, quae ad motum etiam ista extendit, praefertim Matth. 12. Luc. 6. etiam multis probata est, in primis S. Ambrosio, in Lucam loco citato. Chrysost. nostro Maldonato, alijque quoad eam partem, quae de operibus est. Nec desunt ex aduersis castis, qui in hoc consentiant. Omnino in ea sententia & Aretius: Ex quo siuiter sequitur, inquit, Non ergo falsus est Christus docere alios, sed oportet vitam professioni nostrae respondere. Nam boni actus, honesti est vita, vitaeque exemplum, vilis item & fractuosa functio: vti sententia, qui honeste non viuunt, quales sunt qui Curios simulant, & Bacchanalia vident, excedendos de numero fidelium, vt illis nulla sit pars in Christo, nulla etiam spes vitae aeternae, sed diuis damnandos poenis, quae per ignem solent in scriptura proponi.

Augustini sententia est c. 18. Enchir. Sed tamen mala ex bona orta esse dicimus, non putetur hoc doctrinae sententia reflagari, quia dicit, Non potest arbor bona fructus malos facere. Non potest enim, sicut veritas dicit, colligi vna de spinis, quia non potest vna nasci de spinis, sed ex bona terra, & Augustinus vna nasci posse videmus, & spinas. Et eodem modo tanquam bona terra arbor mala fructus bonos, id est, opera bona non potest facere mala, vnde mala, sed ex bona hominis natura oritur voluntas & terra bona potest, & mala. Nec fuit prorsus vnde primitus orire voluntas mala, nisi ex Angeli & hominis natura bona, vnde mala, quod ipse Dominus eodem loco, vbi de arbore & fructibus

habetur aperte ostendit. Aut enim: aut facie a bono bona, & fructum eius bonum, aut facie a bono mala, & fructum eius malum. Satis admonens ex arbore quidem bona malos, aut ex mala bonos nasci fructus non potest, sed tamen terra, cui loquebatur vtramque arborem omnino bonos & malos, & spinas.

Et gratia Christi contra Pelagium & Caesarium lib. 1. De quibuslibet Pelagius in libro pro libero arbitrio ita disputat, habemus autem, inquit, possibilitatem vtriusque praeter Dei iustitiam, vnde quidam, vt dicam radicem fructus, & piam, & quae potest ad proprii cultoris arbitrium, vt inere flore vniuersum, vel sentibus horrere vniuersum. Vbi non inuenit quid loquatur vnam eandemque radicem consisti bonorum & malorum, contra Evangelicam veritatem doctrinamque Apostolicam. Nam & Dominus nec arborem bonam dici posse fructus malos, nec malum bonos. Et Apostolus Paulus eam dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem, admonet vtrique, intelligi radicem bonorum omnium esse caritatem. Vnde si dicat arborem, bona & mala, duo sunt homines, boni & mali, quid est bonus homo, nisi voluntas bona, hoc est, arbor radice bona? Et quid est homo malus, nisi voluntas mala, hoc est, arbor radice mala? Fructus autem boni naturam radicemque arborum facta sunt, dicta sunt,

cogitata sunt, quae bona de bona voluntate procedunt, & mala de mala. Facit autem homo arborem bonam quando Dei accipit gratiam. Non enim se ex malo bonum per seipsum facit, sed ex illo & per illum & in illo qui semper est bonus: nec tantum ut arbor sit bona, sed etiam ut faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est ut adiuuetur sine qua boni aliquid facere non potest. Ipse quippe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & foris secus rigat atque excolit per quem liber fit instrumentum & per sedat intrinsecus incrementum. Malam vero arborem homo facit quando ipsum malum facit, quando a bono incommutabili desit, ab eo quippe defectus est origo voluntatis mala: qui defectus non aliam naturam malam initiat, sed eam qua bona est condita vitiat. Saluato autem vicio nullum malum remanet, quia vitium natura quidem inerat, sed vitium natura non erat.

Hic verbis non modo voluntatem arborem bonam & malam, sed etiam in bonam efficit. Nec refert, seu dicas, voluntatem bonam & malam, an hominem voluntatis bonae, vel malae. Loquitur enim de homine ut vel bona, vel mala voluntate agit.

§. 7. Obicit Caluinus, cuius verba adfero, vt appareat, quam nihil hinc de libero arbitrio ille conficere possit. [Nunc vt dendum, inquit, restat, quodnam fructus Christus designet, falluntur autem meo iudicio, qui ad v. tam restringunt. Nam quum sapientia sancti monia, ac nescio quibus etiam austerioris vitae lauris, se venditum pessimi quique impostore: valde incertum esset hoc examen. Pareor quidem hypocrisis tandem patefieri: quia nihil difficilius est, quam v. r. is simulatio. Verum Christus tam iniquo & simul obscuro iudicio doctrinam suam subijce noluit, vt aestimetur ex hominum vita. Ergo sub fructibus ipsa docendi ratio comprehenditur, imo praecipuum locum tenet. Nam & inde Christus se a Deo missum probat: quod non glorificet seipsum, sed patrem a quo missus est.]

Respondeo ita esse quidem, ideo nos quoque ad doctrinam referre: Si quis tamen aliter sentiat: posse eum exemplis omnium saeculorum docere, haereticos & Pseudoprophetas ista vitiorum signa dedisse, vt haud difficile dignosci possent. Vel enim ob vitia electi sunt ab Ecclesia, vel sane ea habuerunt, quae in Ecclesia tolerari non potuerunt. Ne Deus in negotio tam periculofo permittere solet simulat onem diuturnam. Ita Domini saluatoris argumentum, vt est primo aspectu clarum & euident, sic re ipsa difficile, etiam cum de doctrina agitur. Na discrimen prophetarum falsorum & bonorum ostendit esse a fructibus, cum enim vestimenta sint eadem vtriusque, non ex illis, sed ex fructibus cognoscendi sunt. Hic fructus vel sunt dogmata vel opera. Si dogmata: ab imperito iudicari non possunt, imo hic de bonitate dogmatum iudicium ex fructibus colligitur, igitur dogmata ex dogmatibus cognoscenda. Si opera: plura & conspectiora fati hypocrita, vt ex his non possit iudicium fieri.

Nonnulli probabile hoc iudicium esse arbitrantur ex consuetudine sumptis, vt multi sanctitatem simulent, nec tandem impietas erumpat. Et si verum fateri volumus, omnium haereticorum simulatio celesiter in magna, & aperta flagitia prorupit. Itaque par videretur vtrique sententia difficultas.

§. 8. Quod Bellarminus dixerit, posse malam arborem aliquos bonos fructus ferre, non omnes necessario malos: quae etiam est expositio nostri Maldonati, qui tamen addit natura fieri ordinat non solere: imo quodammodo contra naturam esse, testis fiat. Hoc inquam valde Pareus exagitat. [Secundo, inquit, Arborem malam posse aliquos bonos fructus ferre, est contra mentem Saluatoris & falsum. Loquitur enim Christus de arbore non aliqua-

Caluinus
ait non
extendi
ad mo-
res ar-
bores.

Omnis
haereticus
initio vti-
tiosus.

Arbor
mala ali-
quid boni
ferre pos-
se testis
est.

„aliquatenus, sed simpliciter mala, & putri, quam vltos
fructus bonos proferre posse negat. At homo in sta-
tu corruptionis est arbor non aliquatenus, sed simpli-
„citer mala & putris: quia totus caro. In carne autem
„nihil nisi malum habitat: Ergo nihil boni operari po-
„test, relate ad legem & iudicium Dei.]

Respondeo. Non est Domini sententia, arborem
ita malam, vt nihil boni proferat; Quidam enim et-
iam in spinis & tribulis fructus sunt boni. Itaque re-
cte sic respondet Bellarminus. Loquitur enim Domi-
nus de eo quod plurimum fieri solet. Eodem modo
et Parei Symmiste loquuntur. Aretius cum exponit
illa verba: Omnis qui petit, Primum, inquit, observa Christum
sum propositiones, quae vt plurimum verae sunt, ut dicitur ad
Rom. 12. 17. Non sumere tanquam vniuersales: Eo pacto hic ait, nō
sumere. Nam dicitur ad Rom. 12. 17. hoc verum est etiam inter homines.
Cur ergo in Deo non credamus verum esse. Si sensus est, Om-
nis qui petit, nō sumere, vt plurimum accipit, cur nō
& hic idem usurpemus: Non potest arbor mala nisi vt
plurimum malos fructus ferre?

Quin etiam Calvinus cum illa verba exponit, Luc.
6. 45. Ex abundantia cordis os loquitur. Si quis, ait, obijciat,
linguas hominum sepe mentiri, vt optime loquantur, qui pes-
sime affecti sunt: respondeo, Christum hic simpliciter docere,
quod vt plurimum vsu venit. Nam etsi aliud verbis pra se fe-
runt hypocritae, quam habeant in cordis recessu: id tamen non
obstat, quominus apte & scite lingua vocetur character
mentis.

Si igitur simpliciter pronunciat, quod vt plurimu
fit, apud Lucam, cur non hic etiam in eodem omnino
argumento: Culpanda igitur non est Bellarmini in-
terpretatio, aut Caluini & Aretij etiam eodem calcu-
lo damnanda.

§. 9. Respondent & Catholici, arborem malam,
hoc est hominem Deo inimicum, nunquam facere
fructus bonos in horrea dominica reponendos, ad
vitam aeternam utiles. Illi sunt enim fructus
mali, ad finem & scopum non pertinentes.

Quantum vero aberrant Sectarij a vero, vel inde
discitur. Quod etsi furculus marcescit in olea, & in vite
pampinus, participes pinguedinis, & dulcedinis eius,
non faciant malos fructus, nisi venerato succo infi-
ciantur. Facere tamen quosdam fructus non bonos
reiectionis, & amarus, vt enim oliuæ immaturæ, a-
cinique decidunt, nec tamen inde discimus arborem
esse malam: Ita quoque iustorum esse quendam ope-
ra mala, quæ tamen non sunt signa eos malos esse. Al-
liqui nullum signu certu aliquid haberet: sunt enim
& veri & falsi Prophetæ tales, vt in multis delinquant
omnes. Hic autem agitur de fructibus, ex quibus ar-
boris bonitas, aut malitia cognoscitur, at non cogno-
scitur ex omnibus fructibus, etiam per se malis. Non
enim ex leui risu, aut ocioso verbulo, colligere fas est,
aliquem doctorem esse pseudopropheta: cum ex
furiis, homicidijs, adulterijs, hæretici non conclu-
dant suos ministros esse pseudoprophetas. Imo con-
tendant eos in hisce flagitijs manere iustos: & vt Pareus
in Rom. 4. loquitur, plene beatificos.

§. 10. Multo minus hinc discimus: omnia repro-
batorum opera esse peccata mortalia. Sed potius con-
trarium. Christus de fructibus bonis & malis agit, per
quos arboris ingenium cognoscitur; & natura; bona
an mala sit? At opera reproborum omnia, non osten-
dunt arborem esse malam, de omnibus igitur operi-
bus nequaquam loquitur. Si enim infidelis miseretur,
elemosynam dat, veritatem sequitur, avaritiam
fugit, non ostendunt illa opera, malam arboris natu-
ram. Non sunt igitur fructus, ex quibus cognoscatur
arbor. Non igitur de eiusmodi fructibus Christus lo-
quitur. Sunt enim tales, quos facit arbor & bona &
mala. Sicut & parua seu leuia peccata, vt nos doce-

mus, sunt communia arbori bonæ & malæ, homini
iusto & iniusto. Vt vero illi, etiam grauissima, sed sola
imputatione, vel non-imputatione differunt.

§. 11. Pertendit tamen agere malam causam Pa-
reus: [Tertio, ait, si peccator ex cupiditate operans
semper operatur malum: sequitur omnia eius opera
esse mala coram Deo: Ratio, quia semper agit ex vel
cum cupiditate. Cupiditas enim est peccatum inha-
bitans, per quod si etiam renati agere non possunt
bonum quod volunt: multo minus per id peccatores
bonum morale agere possunt. Quod agant ex bono
naturæ, physice intelligendo verum est; nam ratio
voluntas, sunt bona naturæ reliqua etiam in statu
peccati; moraliter seu relate ad legem Dei, falsum est.
Sic enim cor hominis (licet in se bonum naturæ) est
prauum, & omne figmentum cordis humani est pra-
uum tantummodo: Ex corde enim prauo exeunt pra-
uæ cogitationes, adulteria, furta. Matth. ca. 15.]

Confundit rationem. Semper malum esse fate-
mur, quod ex mala cupiditate agitur; at non semper
ex mala cupiditate agit, etsi semper cum mala cupidi-
tate, hoc est, præsentem mala cupiditate, vel habitu,
vel actu. Etenim si quispiam malæ cupiditatis sti-
mulos sentiens, ingemiscat, oret, conteratur,
non sunt illi actus boni peccata; quia sunt in eo-
dem animo, in quo est cupiditas; alioquin ista qui-
dem facere porteret, ne & cupiditate, & dolore de
cupiditate peccemus, quo nihil est infamius. Porro,
impus totus est caro, duplicem habet sensum. Primus,
ita malus, vt omnes potentia, appetitiones, opera sint
mala seu carnalia. Ille falsus est, alter verus; ita caro
est, vt non nulla honesti cura illi sit reliqua. Itaque et-
iam relate ad Deum quædam opera impij sunt, quæ in
sensum peccatorum non referuntur, vt bene demon-
strauit Adolphus Teclander in propositionibus de
quibus examinatus est ab Alemarianis. Quod si omne
opus quod fit ab eo, in quo est cupiditas, malum est;
Etiā malū est opus orationis, quod fecit S. Stephe-
nus, cum moriens pro lapidantibus oraret. Nam ad-
huc erat cum eo opere cupiditas.

Hoc denique obseruandum, non per omnia se ha-
bere homines vt arbores, nec ita homines immobili-
ter producere fructus bonos, aut malos, vt solent ar-
bores. Quia in re licet errare soleant aduersarij, eosta-
men arguit Tossanus: Similitudines inquit non latius
ex extendas, quam iuxta subiectam materiam, & ad
scopum Christi, nec per omnia se habere homines vt
arbores: arbor enim naturaliter producit fructus, vel
bonos vel malos; non sic homo.

QVÆSTIO II.

Quomodo ex fructibus sint cognoscendi?

§. 1. Fructus duplex est; doctrinæ, & morum. Do-
ctrinæ est error, cum contra scripturas, contra
veterem Ecclesiam, conciliaque docetur, ex eo co-
gnoscuntur Pseudoprophetae, ex contrario veri do-
ctores. Morum fructus duplici modo spectantur; abso-
lute & comparate. Absolute, cum illi qui doctrinam
tradunt, vel audiunt, vitia doctrinæ pugnantia reti-
nent, aut fouent. Quamuis ex doctrina ipsi se dam-
nent, nec villo modo ista probent, quæ faciunt. Com-
parate fructus mali spectantur, cum ex principijs do-
ctrinæ oriuntur, & per eam vel defenduntur, vel ex-
ter uantur. Fructus mali absolute spectati non sunt
indicia infallibilia corruptæ doctrinæ. In Ecclesiam
enim recte sentientium, adeoque cæcis sacerdotum
interdum irrepunt graua peccata. Adeoque in popu-
lo Iudæorum non minora erant scelera, quam Sodo-
mæ & Gomorrhæ, cum tamen doctrina apud multos
integra, atque incontaminata permaneret. Reliquū
igitur est, vt de ipsa doctrina, & moribus ex doctrina
imme-

Simpli-
ter dicitur
fieri, quod
fit, vt plu-
rimum.

Non om-
nes fructus
mali ostē-
dunt ar-
borem esse
malam.

Apud C
umman
fructus
quidam
est.

Opus ho
mianæ

Credidit Abraham & reputatum est illi ad iustitiam
 'Emis dicitur qd' Abraham tunc fuit, & illo tempore dicitur qd' dicitur
 ovilw

Diffensiones
 Calumnia-
 na.

Credidit Deo, & imputata est illi iustitia, vel imputatum illi iustitiam, vel, ut Græcus, Imputatum est illi iustitiam, ut Syrus in novo, & Chaldaeus in vetere Testamento etiam vertunt. Hic mihi Calvinista ex natura atque usu sermonis concludant veram sententiam. Alii enim sic interpretantur: Imputatum est illi opus seu credere ad iustitiam, ut Bertius, Alij, imputatum est illi meritum Christi ad iustitiam: Nonnulli, Imputatum est illi Dei essentialis iustitia ad iustitiam. Alii, Imputatum est illi habitus fidei ad iustitiam. Hic ostendant ex natura sermonis, & usu hos errare; illos vera dicere. Quod si quosdam ita docuerint, nihil tamen egerint; nam idiotæ qui iudicare poterit, hoc esse ex natura usuque sermonis, illud minime? Nobis credit: inquit. Quid vero si Hunnio potius aut Luthero credat? Vnde quo se vertat tandem Hæresicon inquietudo, vestitque. Quo credulitate suam resoluat? Credo hic ingeminat Calvinista; fiduciam meam me amittere non posse; si quaeris, cur ita credas? Quia inquit Scriptura dicit: sed scitis hanc germanam esse Scripturæ sententiam: ut quam certissime. Vnde vero hoc didicisti? Ex natura atque usu sermonis, quo venit Spiritus sanctus. Sanè natura & usus illius sermonis ibi cognitus, perspicuusque est? Ad vnguem, ad libellam. Gratulor Calvinistæ felicitati. At porrigere ei codicem Hebræum & vrgere, eum mihi codicem perlege. Enimvero ludis me, non lego codices nisi germanicos, & haud crebro Latinos, at isti characteres, si modo characteres, sunt literarum, non literæ Ephesiae, Punici sunt, aut Iaponici? Quasi vero; dic, tu illa nescias? simulas ignorationem, ut admiratione deinde ædifices, lege fodes, lege, amabo te. Profecto nescio, dispeream si vel apicem noui, vereor autem ne notæ magicæ sint; ideo ne inspicere quidem, ne oculos violenter aliquid profanitate, sustineo: si mirum profecto te ista nescire, cum sit vox Patris tui, ut putas, vox Spiritus sancti (sunt enim ut scias Biblia Hebræa) cuius tu naturam sermonis & usum ad vnguem, ad libellam pernoctasti. Non me Hercule, dicet, isthoc dixero. Germanicè loquentem intelligo Spiritum sanctum, Hebræa mihi ignota sunt, tu, ne vero te reprehende, parce, inquam, fidei tuæ, Vnde enim nosti hoc quod in germanicis legis Bibliis esse verbum Dei, & verè te scire etiam scis, ex natura & usu sermonis? Quidnam dubitem? Viri Eruditi ita ex Hebræo transiunt. Tu si recte sane, Hebræa igitur credis esse diuina & Germanica credis esse eadem? Ille, credo equidem. Nec in versione aberratum esse? Et hoc credam necesse est, si Germanicis credo. Et qua fide credis non errasse versores? non hallucinatos interpretes? Non hoc ita facile cred tu est, forte accidit illis quandoque, quod mihi sæpe ut errant. Vnde igitur obliquatus es in animo tuo de certitudine? De natura, & usu sermonis Hebræi nihil iudicare potes: de versionis germanicæ veritate dubitas, Ecclesiæ nulli nisi quantum libet credis, tota ergo, quæ quotidie legis Biblia, tibi suspecta sunt necesse est, ipsa etiam multo magis sententia. Sed tamen, hic, inquit, testimonio conscientie meæ moueor, ut illa credam. Viden quo deueniat, quo se flectat, & reflectat? Quid testatur Calvinistis conscientia? Primo se naturam, & usum Hebræi sermonis ignorare. Secundo, nescire, an recte versa sint, quæ leclitant Biblia, quæque iudicem controuersiarum constituunt. Tertio interpretes errare potuisse. Aliud non testatur, vel si aliud testatur iam nimium eis adulatur, quæque sunt incertissima, persuadere se certa.

§. 4. Alio igitur modo de Pseudopropheta indici-

candum est. Rationem optimam docet noster Vincentius Regius in huius loci expositione. Postremo ipsa mala opera quæ virtutibus opponuntur; Hæreticus namque ex ipsa doctrina cognoscitur, tum habitu quidem externo sanctimoniam præferens, occultas hæreses disseminat, vel in vulgus etiam iactat subdole, ac latenter; sub Christi nomine videlicet. Hoc verò signum erit hominis hæretici, cum ea doctrina animaduertetur ei repugnare, quæ in sacris Scripturis reperitur, & ab Oecumenicis Conciliis, ac Sanctis PP. traditur. Nolite, inquit Ioan. hoc iudicium assignans Epistolæ. c. 4. l. 2. 3. omni spiritui credere, sed probate spiritum si ex Deo sunt. Quoniam multi Pseudopropheta exierunt in mundum, in hoc cognoscitur Spiritus Dei. Omnis Spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est, & omnis Spiritus, qui solus Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus. Idem signum assignat & Paul. ad Gal. 1. 8. Sed licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit, sicut prædicimus, & nunc iterum dico: si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis anathema sit. Hinc Theod. lib. 3. hære. fab. in prolog. impia, inquit, dogmata per se sufficiant ad suum Patrem ostendendum; ex fructu enim, ait Dominus, arbor cognoscitur. Vincentius item Lytinen. sic scribit: ait Saluator, ex fructibus eorum cognoscetis eos, i. cum exierint diuinae voces exponere & interpretari, tunc rabies intelligitur, tunc virus exhalabitur, tunc scindi sæpe videas, Catholicam fidem eadi, Ecclesiasticum dogma laserari, &c. Recte hæc, quia propius Propheciæ fructus, doctrina est.

Non potest ille iudicare, qui idiota est, de singulis articulis, præcipue obferur s, & in vulgum ignotis. Notandum doctrinam cum audiet, facile animaduertit de mendacio venisse, cum olim sine ea, seu potius in contraria ei fide saluati sint maiores. Cum enim nostra fides in Christo fundata sit, eaque per Apostolos, & Apostolicos ad nos diuenerit, potest quilibet statim esse suspectus, si vel Apostolos errasse, vel eos qui inter Apostolos, & nos intermedium sunt, non intellexisse, se demum verè sentientes docere; Ecclesiam interea deserat a Deo fuisse prædicent.

§. 5. Fractus morum a doctrina eorum immediate productos, ideoque errantibus proprios, si nostro tempore spectemus, nemo tam inscius rerum omnium inueniri poterit. Qui non euidenter, & certissimeque eos agnoscat. Anabaptistæ cautissime a quietiam tegere, pietatem simulare docentur, & sub ipsa tamen initia, priuata cædes, promiscuèque concubitus fucatae sanctitati larvam detrahunt. Quin hoc ipsum, quod hodie in Moravia liberos a parentibus separant, in communie ducant, ut suos parentes, fratres, sorores ignorent, ac ignorentur, ut deinde omni incestus genere polluantur, satis ostendat, quam flagitiosa eorum sit, & malefica superstitio, omni magistratum cura ac potentia eliminanda. Quod si Calvinistas, qui maxime sibi reformati videntur & eorum dogmata, de iustitiis in omni sceleris perseverantia, de Deo impellente ad peccata confidemus, nemo dubitare poterit, hanc doctrinam producere tam licentiosam cum desperatione vitam.

QUESTIO III.

An hinc consequamur homines malos in malo esse immutabiles?

§. 1. Arbor mala non potest bonos fructus facere; Homo igitur est malus immutabiliter in malum. Eodem modo deliberabant Marcionitæ, ut est apud Tertullianum. Et quia Marcion defendit arborē bonā malos quoque fructus immutabiliter non licere producere, sed malitiam tantum nominari, quod optime non capit, nunquid aliquis interpretatio subest etiam eam idem malitiam. optime

malitiarum intelligendum, quia posuit & in optimo de-
cursum esse subest autem. Dicimus denique malitiam nunc si-
gnificari non quia ad naturam redigatur, reatoris quasi malis,
sed quia ad potestatem quasi iudicis, secundum quam enun-
ciatur. Ego sum qui condō mala, Ecce ego mitto in vos mala non
pacisoria sed vltoria, quorum satis diluimus insaniam ve-
reprehenduntur in iudice, nec hoc non in suo malum iudicem
ostendunt: ita & malitia hac erit intelligenda nunc, quia ex il-
la malu iudicari deputata cum ipsa competat iudici. Nam
& apud Græcos interdum malitia pro vexationibus, & la-
sca non pro malignitatibus ponuntur, sicut & in isto arti-
culo.

Eadem obiecit Adimantus, contra quem extat li-
ber S. Augusti. Ita ergo Deus malum facit, quod non ipsi Deo
malum est, sed eis in quos vult dicitur. Itaque ipse quantum ad se
permet, bonum facit, quia omne iustum bonum est, & iustum est
illa vindicta: & ideo non est contrarium quod Adimantus ob-
iicit dixisse Dominum: Arbor bona fructus bonos facit, mala
arbor malos fructus facit. Quamvis enim malum sit gehenna
dampnata, iustitia tamen Deo bona est. & ipse fructus est ex ar-
bore bona. Ille autem malus peccatorum suorum obicitur, ut
filiam in die re & revelationis iustitiae Dei, quo reddet
vnicuique secundum opera sua. Quamquam ista de arboribus
manifestissime in similitudine dicitur hominum posse fieri:
idei, iusti & iusti: quia nisi quisque voluntatem mutaverit,
bonum operari non potest. Quod in nostra potestate esse posi-
tum alio loco docet, ubi ait: aut facite arborem bonam, & fru-
ctum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum e-
ius malum. Illi enim hoc dicit, qui putabant se bona loqui pos-
se, cum essent mali, hoc est, bonos fructus facere cum essent ar-
bores mala. Sic enim & subiungit: Hypocrita quomodo po-
tестis bonum loqui, cum mali sitis? Mala ergo arbor fructus bo-
nos facere non potest, sed ex mala fieri bona potest, ut bonos
fructus ferat. Iustus enim aliquando tenet, inquit apostolus,
quod male lux in Domino. Tanquam si diceret, iustus ali-
quando arboris mala, & ideo non poterat tunc nisi malos fru-
ctus facere: nunc autem lux in Domino, id est, etiam facti es-
se arbores bone, date fructus bonos: quod sequitur dicens: sic-
ut filii lucis ambulate. Fructus enim hominis est in omni iu-
stitia & veritate, probantes quid sit beneplacitum Domino.
Nam in isto Evangelij capitulo si non studio malevolentie su-
geret Adimantus, posset advertere quomodo dicitur Deus ma-
lum facere. Ibi enim ait Dominus, quod etiam iste commemora-
vit. Omnis arbor que non facit fructus bonos excidetur &
in ignem mittitur. Hæc sunt mala que Deus facit, id est, pec-
catoribus penam, quod in ignem mittet arboris, quia in malitia
perseverantes fieri bone noluerunt, cum hoc ipsis arboribus ma-
lum sit. Deus autem, ut sepe dixi, non dat fructus malos quia
iustitie fructus est vindicta peccati.

Locus ille diligenter notandus est, quia eodem
& resutantur Calvinistæ, qui liberam arbitrii
negant. Qui quamvis non natura, ut Marcion
tamen Dei decreto, & necessitate miserabili faciunt
eos immutabiles, ut nunquam non possint pec-
care.

Malitiam
feri bona
Quod male
facit.

Malitiam
feri bona
Quod male
facit.

QVÆSTIO IV.

An iustis operibus iusti tantum decla-
rentur?

Ad hinc conficiunt Calviniani, bonis o-
peribus non iustificari hominem, sed iustum
declarari, arbor enim prius est bona, deinde fructus.
Respondet doctissimus Maldonatus, si iustis operibus
non efficiuntur iusti, sed declarantur, quia arbor bona
non fit ex fructu bono bona, sed bona esse cognoscitur
ergo in iustis operibus non efficiuntur iusti, quia
arbor mala non fit ex fructu malo mala, sed mala esse
cognoscitur. Ita efficitur istorum argumentatione A-
damum, qui bona a Deo arbor factus erat, peccare nō

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

potuisse, quia non potuit arbor bona malos fructus
facere, et si peccavit non fuisset tamen in iuste agendo
factum iniustum: quia arbor ex malo fructu mala esse
cognosci potest, mala fieri non potest. Ita homines
improvidi foderunt ante faciem nostram fontem, &
inciderunt in eam. Nec intelligunt imperiti quod in
nostris scholis etiam pueri docent, quid inter natura-
les & morales causas inter sit. Naturales enim non ex
bono vel malo effectu bonæ vel malæ fiunt; sed quia
bonæ vel malæ fiunt, bonum vel malum effectum ha-
bent. Morales vero non solum, quia bonæ vel malæ
sunt, bene vel malè agunt, bonæ vel malæ fiunt. Nec
enim tam cum quia temperantes sumus, vivimus tem-
peranter, & de iustis temperanter vivendo, temperan-
tes efficiuntur. Arbor causæ naturalis est, propterea nec
ex bono fructu bona nec ex malo mala fit: sed quia
bona vel mala est, bonum vel malum gignit fructum:
homo moralis, propterea non solum quia bonus vel
malus est, bene vel malè agit, sed etiam quia bene vel
malè agit, bonus vel malus fit. Neque requirendum est
ut omnibus in rebus arboris similitudo homini conue-
niat, sed in ea tantum, quæ de agerebat, & arborem ex
fructu & hominem ex moribus iudicari.

Cuius responsum non confutere conatus cōfirmat Adam &
Tollanus. Peccasse Adamum non quatenus arbor bona, & sic bor bona
ut a Domino conditus erat, sed quia libero arbitrio ad malum peccando
declinavit. Quod si verum est nos pariter dicemus, ar-
bores malos fructus ferre, non quatenus bonæ sed
quia a libero arbitrio ad malum declinant. At verò si A-
dam de claudendo ex iusto factus est iniustus; cur non
& Calvinistis dem contingat? Hoc Maldonato satis:
Adam velut arborem liberam, peccando seu malos
fructus ferendo, ex bona factam esse malam. Cetera
quæ adiungit calumnia sunt. Interea non diversa est
Augustini responsio. Voluntatem cum mala est, non
bene agere, nec cum bona malè malè enim agendo
mutatur in malam, & bene agendo seu penitendo in
bonam. Quod si hæc in Adamum conveniebant, cur
non hodie quoque in alios homines? Arbor bona e-
rat Adam, & melior quidem omnibus, quibus mun-
dus erat confusus, at malè agendo deterior factus est
omnibus. Sic Calvinistis liberum arbitrium tollentibus
respondemus, si enim malum est, inquit, non potest
velle bona, si bonum, non potest velle malum. Sic inquam re-
spondemus. Si liberum arbitrium Adam erat bonū,
seu arbor bona, non potuit velle malum. Si malum,
seu arbor mala, non potuit bonum: at voluit bo-
num, cum Deo obtemperaret, voluit malum defi-
ciens a bono. Itaque hoc ipso quo oppugnant liberum
arbitrium, asserere coguntur. Se enim convertit de
bono in malum, volendo malum, rediit in bonum
volendo bonum, non suis tamen viribus, sed eius ad-
iutorio, qui de malo facit bonum.

VERSUS 21.

Non omnis qui dicit mihi Domine,
Domine, intrabit in regnum cæ-
lorum, sed qui facit voluntatem
Patris mei qui in cælis est, ipse in-
trabit in regnum cælorum.

QVÆSTIO I.

An sola fides sufficiat?

S. I. M. Irum est post trisulcum hoc fulmen adhuc
cre-
dentes re-
gnare cælorum. Quia
dunt; nec tamen in regnum cælorum. Quia
non

Multos cre-
dentes re-
gnare cælorum
excludi.

non faciunt voluntatem Patris qui in cœlis est, nec voluntatem Christi, quæ eadem vult, quæ Patris. *Voluntas autem Patris est, ut per bona opera vocationem certam faciamus, mandata eius custodiamus.* Verè Basil. moral. Regul. 8. cap. 1. talem condemnatum docet. *Quod licet quis videatur Dominum confiteri, & eius sermones audire; istamen si eius mandatis non pareat, condemnatus est, licet ex aliquo consilio Dei occulto permixta n sit, ut aliquo ornatus sit dono spirituali.*

Possunt illa verba duobus modis intelligi, primo ne illos veros Prophetas putemus; qui nomen Dei præferunt, veniunt enim in nomine suo. Verum alter sensus clarior est & à Christo propositus, qui in verba Dei intelligunt, docent, credunt, inuocant Dominum, nec tamen eius voluntatem faciunt, non intrabunt in regnum cœlorum. Opus est enim, ut verum Dei seruum esse se operibus demonstret. Vt enim ipse ingressus est in mundum ut faceret, non suam, sed Patris voluntatem, ita & ministros tales querit, qui Dei voluntatem exequantur. Nam nec regibus satis est, si titulos suos à ducibus suis, subditisque audiant, obsequium exigunt. Violenter itaque securitatem, fiduciamque Calvinianam excutit, qui soli fidei indormientes, de operibus nullo modo certos esse se posse existimant. Pulcherrimè eorum ingenium describit, & refutat Bullingerus eorum Prophetas, hinc verbis.

» [Hinc enascitur studium ingens & ardens omnis
» iustitiae & pietatis. Porro nimia confidentia, quæ & i-
» psa veræ fidei vitium siue morbus est, audax est, ac fe-
» rox, iurgatur cum Deo ac lacessit Deum. Hic, inquit,
» promissit mihi vitam, ergo cogitur mihi dare vitam, e-
» mergit hinc rursus nimis licentiosa securitas, ut con-
» fidentes isti dicant, Quid mihi opus est lege? quid ob-
» servatione mandatorum Dei? qui credit saluatur.
» Tandem vero nascitur hinc Dei & mandatorum eius
» insignis contemptus, studium voluptatis ac Epicu-
» reismus quidam: quo hodie multi implicati suam sa-
» lutem prædestinationi ac fidei nescio cui committunt,
» ipsi interea strenuè ludunt, scortantur, belligantur,
» compotant, & per omnis generis scelera grassantur.
» Huiusmodi homines non sunt fideles, sed secure con-
» fidentes. Centurio noster fidelis est, ergo & humilis,
» modestus ac Deum timens, veræque pietatis studio-
» sus. Quæ præterea de fide hic dicenda erant, ad finem
» huius hystorie adiciemus, ac alibi quoque attingemus.
» Hæc hæc de vera fide, quæ indubitata est persuasio
» de Deo, eius potentia, bonitate & verbo, per occa-
» sionem de fide Centurionis.]

VERSUS 12.

Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

QUESTIO I.

An miracula faciant improbi & heretici?

*Miracula
malorum
non conciliant
eos
Deo.*

§. 1. **V**Enditant se illi triplici nomine prophetasse, eiecisse demones, virtutes multas fecisse, idque non vanè, non more veneficorum, sed in nomine Christi, at ille, cum docuisset, non solius fidei, & confessionis, sed bonorum operum esse regnum cœlorum: (non enim verborum officia regnum cœlorum obtinent, ut pulchrè Hilarius) nunc quoque re-

pallit eos, qui magno tumore mira opera iactabant: Prophetasse se de futuris, demonibus dominatos, multas diuini virtutes fecisse: nec eos tamen no-uit Dominus, quia operarii sunt iniquitatis.

§. 2. Hæretici aliquando signa faciunt, non virtute edentis sed credentis. Videatur Athanasius q. 110. ad Antiochum. *Quomodo etiam quidam heretici edunt signa? Responso. Nescit hoc nobis mirum: audimus enim Dominum dicentem: Multi in illo die diduri sunt: Domine, Domine, nome in nomine tuo demonia eiecimus & virtutes multas edidimus? ait illi, Amen dico vobis, nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem. Sape enim non virtute miracula edentis quæ sanationem efficiat, miracula sunt: sed fide ad eum aduentis hominis. Scriptum est enim: si des tu a de seruaui. Oportet & hoc notari, quod multi præce credentes, multos labores obtulerint Deo per exercitationem, & mercedem pro eis à Deo acceperint in hoc seculo sanationum & prophetiarum, ut in futuro seculo audiant, accepisti bona vestra, & labores vestros, nunc non amplius vobis dabitur.*

§. 3. Hoc certo constat, ad fidem errori faciendam nunquam ab infidelibus edi signa, nec à nostris quidè sectariis nisi rarissimè tentata. Imo verò eo vsque peruenientum est, ut omnia signa iam suspecta faciant. Hoc fidem impium Bullingerus præstitit, qui dum ex Hieronymo doctrinam de miraculis recenseret, tandem adiungit, Deum idcirco signa permittere, ut audiant Antichristum. *Quæ in hunc locum annotauit Hieronymus, eiusmodi sunt ut præstet quemlibet nouisse. Sunt autem duo præcipua, alterum, non dixit, inquit, qui operati estis iniquitatem, ne videretur tollere poenitentiam, sed operamini: hoc est, qui hinc vsque in præsentem horam cum iudicii tempus aduenit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis asseclum. Alterum prophetare & virtutes facere, inquit, & demonia eiecere, interdum non eius meriti est qui operatur, sed vel inuocatione nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui inuocant, & virtutem eorum qui vident, & audiunt conceditur, ut licet homines desiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem sunt tanta miracula. Nam & Saul & Balaam & Caiphas prophetauerunt, nescientes quid dicerent: & Pharaon & Nabuchodonosor somnia futura cognoscunt: & in actibus Apostolorum filij Scæuæ videbantur eiecere demonia, sed & Iudas Apostolus eum animo proditoris multa signa inter ceteros Apostolos fecisse narratur. Id quod ideo nostris appendere volui, quod videam anxie à quibusdam queri. An malis impij possint patrare miracula, an possint prophetare in nomine Domini? Nam ex Hieronymi verbis & Scripturarum exemplis pie de promptis liquet palam concessum esse id facultatis malis hominibus: Denique additum est in quem finem, & quo consilio concedatur à Domino. Addit Dominus in Euangelio aliam quoque causam, videlicet qui reuerunt audire Christum, audiant Antichristum, & seducantur, sicut Paulus dixit 2. Thessal. 2. cap. errore & impostura efficaci pro eo quod plus dilexerunt tenebras quam lucem. Expositionem verborum Apostolicorum suo loco referuo. Hic satis est monere, de improbitate Calvinistarum, qui Deum ex professo signorum efficien-
tiam dare blasphemant, ut homines credant Antichristo.*

QUESTIO II.

An hinc doceatur concupiscentiam esse bonam?

§. 1. Pelagiani hinc etiam concludunt, concupiscentiam non esse malam; quia nuptiæ sunt arbor bona, inde non nasci malum fructum, hoc est hominem peccatorem. Quibus hunc in modum S. Aug. respondet: *De nuptiis & concupiscentia ad Valerium Comite.* Quid est ergo quod ait. Ex fructibus suis arbor cognoscitur, quæ hoc in Euangelio

Evangelio dixisse legimus: nunquid inde Dominus loquebatur, & non potius de duabus voluntatibus hominum, bona scilicet & mala; istam bonam, illam malam arborem dicens: quia de bona voluntate bona opera nascuntur, & mala de mala, nec possunt bona de mala, & mala de bona? Quod si nuptias tanquam arborem bonam, secundum istam quam commemoravit Evangelicam similitudinem posuerimus, profecto ex contrario fornicationem posuerimus arborem malam. Quamobrem si homo ita dicitur fructus nuptiarum, tanquam bonus ex arbore bona, proculdubio nasci homo de fornicatione debuit. Mala quippe arbor bonos fructus non facit. Porro si dixerit, non illic arboris loco ponendum esse adulterium, sed naturam potius humanam, de qua nascitur homo. Breui compendio responderi potest. Concupiscentiam ut est potentia naturalis, bonam esse, sed eo modo non vocari concupiscentiam à Patribus, sed naturalem inclinationem. Ea vero est per se indifferens. At vero ut deficit, ad mala propendens eo voluntatem inclinat, sic vitiosa est, & origo malorum. Homo porro, quia effectus est naturalis sœcunditatis & eius appetitionis, seu qua non concipitur, bonus est. Qua de concupiscentiæ defectu & vetere Adamo originem trahit, etiam peccatum trahit, & ob hoc malus nascitur.

VERSUS 23.

Et tunc confitebor illis, Quia nunquam novi vos: discedite a me qui operamini iniquitatem.

QVÆSTIO I.

An non nouerit?

§. 1. **N**otitia Dei hoc loco pro cognitione cum affectu, & approbatione accipitur. Quosdam nunquam nouit, quia semper inimici fuerunt, etiam cum miracula faciebant. Quosdam aliquando nouit cum facerent iustitiam; deinde eandem descilientes obliuiscitur. Nam velut incognitos deleuit, quos suos per vitæ meritum non agnoscit. Augustinus in Psalm. & Serm. 23. de verb. Dom. Non nouit illos qui noui omnia? Quid est ergo non noui vos? Improbo vos, reprobo vos. Hoc est autem magnum & nescit vitia, & indicat vitia nescit faciendo, indicat arguendo. Et in Psalm. 36. Qui nouit Dominum scit à Domino. Nouit iustos, nescit iniustos. ideo iniustus dicit: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: nescio vos. hoc est, quia me ipsi nescire voluistis. Opera vestra me nesciunt: facta vestra me nesciunt. Et si dicatur, quia me nescitis redarguit vos peccata vestra.

§. 2. Causa additur, quia sunt **פְּעֻלָּתָם**, operatores iniquitatis: quidam libri addunt **פְּעֻלָּתָם**, omnes. Sed alia exemplaria probatoris notæ non habent. Non: ne dubitandum est, quin omnes operatores iniquitatis odio habeat. Nec hic villa est distinctio, de illis qui iniquitatem operantur, ut non imputetur; neque enim ait duplices esse operatores iniquitatis, alios quibus imputentur, alios qui libere sine Dei ira actiua & passiuâ operari malè possunt. Quæ ex se constat operum bonorum necessitas.

VERSUS 24. 25.

Omnis ergo qui audit verba mea hæc. & facit ea: assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam super petram. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat super petram.

QVÆSTIO I.

Quæ illa domus?

§. 1. **D**omus est spiritalis, quam quisque Dei gratia in animo suo struit. Fundamentum duplex; primum est fides cum caritate, quæ est firma Petra. Altera fides sine operibus, & est arena. Nam primum audit verba & struit, hoc est credit, sed non facit. Altera audit & facit. Non potest magis ostendi, quam nihil fides sine operibus adiuuet. Maldonatus Fidem solam arenam, opera cum fide petram esse. Primum petram esse Christum, huic imponi petram, fidem & opera, ac si arena sit, eam facile defluere. Chrysostomus, Christum ædificare supra petram fidei: Tossanus interpretatur fidem veram, operantem & constantem. Diabolus ait ille ædificare supra arenam infidelitatis. Augustinum etiam lib. 2. de Serm. citat, sed falso. Citatio hæc est: Non facit hic Christus duplicem petram, sed ostendit non esse statim firmos & bene fundatos, quicumque audiant Dei verbum, sed illos demum, qui toti in Christum recumbunt, & qui, quod audiunt, faciunt. Veritas autem ista: Conclusio ergo huius totius sermonis quam terribiliter inferatur, valde attendendum est. Omnis ergo, inquit, qui audit verba mea hæc. & facit ea, similis est viro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Non enim quisque firmat quæ audit vel percipit, nisi faciendo. Et si petra Christus est sicut multa Scripturarum testimonia prædicant, ille edificat in Christo, qui quod audit ab illo, facit. Sequitur, descendit pluuia, venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non potuerunt illam mouere: fundata enim erat supra petram. Non ergo iste metuit vllas caliginosas superstitiones. Quid enim aliud intelligitur pluuia, cum in mali alicuius significatione ponitur? Aut rumores hominum, quos ventis comparatos puto. Aut vitæ huius fluxum, carnalibus concupiscentiis, tanquam fluentem super terram vel petram. Horum enim trium qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangitur: quorum nihil metuit, qui fundatam habet domum super petram: id est, qui non solum audit præcepta Domini, sed etiam facit. Et his omnibus periculose subiacer, qui audit & non facit: non enim habet stabile fundamentum, sed audiendo & non faciendo ruinam ædificat.

Non modo Catholici, sed quidam etiam sectariorum de operibus interpretantur; Wolfgangus Musculus, eo refert illud Iacobi 1. Non audiores, sed factores verbi saluabuntur. Ridiculi enim est putare fores ægroti, vocato medico, patere & latere, decreta eius audire, phar-maco abstinere.

VERSUS 29.

Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scriba eorum & Pharisei.

QVÆSTIO I.

Quid est docere tanquam potestatem habentem?

§. 1. **B**ellarminus lib. 4. de iustificatione cap. 2. Docuisse illum ex auctoritate, tanquam legislatorem, qui legem non exponeret modo, sed novam etiam poneret, veterem ad primæ originis puritatem reduceret. itaque hinc quoque docemur Christum legislatorem esse, nam potestas præcipientis est. Deinde

legem Dei ex fine & recta ratione interpretabatur non more Phariseorum, deinde ex animo loquebatur, feruenter, serio, non laudem eloquentiæ aucupatus, sed animarum salutis studiose incumbens. Denique exemplo monstrabat, non solis verbis docendam virtutem. Est enim virtus docentis, qui persuadet, non oratio, quæ quo est accuratior, eo suspectior esse solet, exemplo enim mouent, verba sonant.

Ἀφ' οὗτον ἔργον κρείττον ἀπέδωκε λόγῳ.

Tacitum opus ociosa loquacitate præstantius est.

Auctoritatem ex modo pronuntiandi, mouendi, miracula faciendi, æstimatam fuisse res ipsa docet. Hæc enim omnia, quasi suprema potestate & Dei filius naturalis faciebat, non vt seruus fidelis, sed vt filius in domo Patris. Itaque inde stupor inuasit omnes, & admiratio multorumque secuta fides Magistræ autoritatem firmavit.

CAPVT VIII.

Um autem descendisset de monte sequuta sunt eum turba multa: 2. & ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 3. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. 4. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illius. 5. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. 7. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. 8. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vnde, & vadit, & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. 10. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. 11. Dico autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. 12. filij autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 13. & dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. 14. Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem. 15. & tetigit manus eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. 16. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos demonia habentes: & ejiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit. 17. vt impleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accipit, & egrotationes nostras portauit. 18. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. 19. Et arcedens vnus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris. 20. Et dicit ei Iesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 21. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, per mitte me primum ire, & sepelire patrem meum. 22. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 23. Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. 24. & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. 25. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos perimus. 26. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modice fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. 27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? 28. Et cum venissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, & clamantes nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. 29. Et ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei: Venisti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. 31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite, At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & morini sunt in aquis. 33. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant. 34. Et ecce tota ciuitas exiit obviam Iesu, & viso eo rogabant, vt transiret a finibus eorum.

IN CAPVT OCTAVVM

ARGVMENTVM.

Doctrina
miracula
firmanda.

DOCTRINÆ Christianæ compendium recensuit Euangelista; nunciam eius confirmationem varia miracula attexit. Et quidem omnis generis. Leprosum sanat in publico, cuius in conspectu morbus erat. Centurionis filium curat absens, ne loco alligata videretur eius potentia: Eius fidem laudat, Iudæorum reiectionem, vocationem gentium prædicat. Venientium ad se alios reiecit, alios accipit, Scrutator cogitationum, & intentionum cordis. Tempestatem sedat, Dæmoniacos sanat, Dæmones in porcos ire permittit. Horum tamen miraculorum pars præcessit, pars sæculta eam, quæ supra est exposita, Concionem, Non enim ordinem temporis, sed rerum connexionem habet Euangelista.